



# **Epistolae Iapanicae : de multorum gentilium in varijs Insulis ad Christi fidem per Societatis nominis Iesu Theologos conuersione.**

<https://hdl.handle.net/1874/433500>

EPISTOLÆ  
IAPANICAE

DE MVLTORVM GEN-

*tilium ad Christi fidem conuer-  
sione per Societatis Iesu  
Theologos.*

PARS ALTERA.

1. Corinth. 7.

*Cùm sit inter vos zelus & cōtentio nōne car-  
nales estis, & secundum hominē ambulatis?*



LOVANI,

*Apud Rutgerum Velpium, sub Castro  
Angelico, cum Privilegio Reg.*

1569.

JAPANNICAE

TO THE RIGHT HONORABLE  
THE LORDS OF THE  
COUNCIL

IN PARLIAMENT ASSEMBLED

IN GREAT BRITAIN

AND IRELAND

IN THE SEVENTH YEAR  
OF HIS MAJESTY KING  
GEORGE THE THIRD

THE 17TH OF FEBRUARY 1768

BY HIS MAJESTY'S  
SERVANTS, PRINTED  
BY RICHARD CLAYTON

IN ST. MARTIN'S LANE

3

# REVEREN

DISSIMO IN CHRISTO

*Patri, ac Domino D. Gerardo ab Hamericourt Episcopo Audomarenſi, & ſancti Bertini Abbati &c.*

*Domino ſuo.*



VOTIES Reip. Chriſtianaë, ſive Eccleſiæ Catholicaë miſerabilem ſtatum, eamq; quã à varijs hæreticorum de religione opinio- nibus calamitatē accepit, expendo mecum diligentius : non ſine magna animi perturbatione de futuris anxie cogitans præteritorum memini, & cerno præſentia. Etenim Reverendiſſime atque Ampliſſime præſul, ſi ad rerum geſtarum historias conuerſi ad amuſſim examinare velimus ſingula, comperiemus florentiſſimã Hieroſolymam Iudæorum urbem non tam foris à Veſpaſiani Imperatoris exercitu & bellis victam, quàm intus à ſuis inter ſe de contrarijs ſectis ſigna aduerſa, & ferrum conferentibus ſuperatam eſſe. Græci quoque, cùm ſedem Petri pro capite Eccleſiæ non agnoſcerent, Romano Pontifici ſe oppoſuentes ipſi ſibi paſtores

A ij      conſti-

constituebant, quibus par & eadem omnibus esset auctoritas: vnde postea variae factiones, seditionesque & horrendae haereses consequutae, magnaue & ingentia bella inter Imperatorem Constantinopolitanum, & Graeciae proceres exorta sunt: adeo ut Imperatori contra Graeciae principes bellum gerenti bonam Graeciae partem aliae nationes extorserint, donec paulatim eam vniuersam Turcarum Imperator occupatam deuorauerit, & in perpetuam suae tyrannidis seruitutem reliquos Christianos cum suis Principibus abstraxerit. Quid de Hungaris dicam? qui propter religionem ipsi à se dissidentes in Turcarum Imperatoris potestatem iam seruitutis iugum sentientes adacti sunt? quid de Liuonia & Prussia, aliisque regionibus? quae ob natam in religione discordiam, aut in Turcarum Imperatoris manum seruae, aut in magni Moscorum ducis potestatem miserae deuenerunt. Atqui cum huiusmodi exempla nobis habeamus proposita, quid de Germania aliquando futurum existimes, ubi vix decimum eandem religionem professum conspicias: Sed simul plures religionis diuersae cultores in iisdem aedibus habitantes inuenias.

Certè, reuerendissime in Christo Pater,  
Præsul

P R A E F A T I O 5

Præful ampliffime, ego de sacrosancta religione, & Christi Catholica Ecclesia, per Germaniam actum esse considerem, nisi sacris monentibus literis certus essem, quod tam vnice charam sponfam vt oculi sui pupillam conseruet & custodiat, sic vt à sanctissima fide nostra multis descendentibus, nusquam tamen pij & Catholici viri deficiant. In eo autem omnis mea spes, quid spes? imò fiducia mea est posita, quod Deus suam quidem premi, sed opprimi nunquam passurus sit Ecclesiam. Scimus enim quàm ab exiguo ad maximum numerum excreuerit: scimus item quantas Apostoli persecutiones passi sint, quàm multis, & diuersis capitalis supplicij generibus ipsi cum suis discipulis affecti sint: interim charitas illa Catholica suo officio, etiam tunc cum deesse videretur, nunquam defuit: Sed semper Deus suæ fidei conseruandæ defensores, & assertores excitauit, quando de eius salute & nomine propemodum desperatum esset. An non satis res Catholicæ Ecclesiæ visa sunt ad finem & exitum mirabilem tendere, quando suam Põtifici Leone Cõstãtinopolitano Imperatore auxiliũ, & defensionẽ denegãte, Lõgobardi tota occupata Italia Romam obsiderent? Profectò fides Catholica tunc in summum

P R A E F A T I O.

discrimen adducta videbatur, sed tamen præter omnem opinionem, & spem Deus propitius, & suorum conservator liberatorque adfuit. Nam Carolum Martellum in Gallijs præfectum excitavit, qui Romæ laboranti succurreret, & Catholicam Ecclesiam plurimis, quibus exposita videbatur, periculis eximeret, exemptam, à Barbarorum iniurijs vindicaret: id quod fecit Carolus sedulo, quippè qui amica adhortatione Luitbrandi ( hoc enim regis Longobardorum nomen erat ) durum animum fregit, & Romanam rempublicam, & Christi populum à præsentè periculo liberavit. Idem Deus per Pipinum Galliarum Regem operatus est, nam & ille Longobardos Romano pontifici molestos superatis Alpibus aggressus, pro fide Catholica victoria potitus est: & post eum Carolus cognomento Magnus Longobardorum vires reliquas oppressas extinxit, vnde Pipinus sibi suisque in regno successoribus sacratissimum Christianissimi Regis titulum habendum meruit, quem etiam ad præsentem vsque diem sibi ex omnibus Franciæ Reges ab eo tempore donatum vsurpârunt. Carolus verò Pipini filius, & Francorum Rex, Romanorû Imperator cunctis suffragijs electus est, per què ita Deus suæ consuluit Ecclesiæ, vt eam non

non modò pristinæ dignitati & honori restituerit, verùm etiam alias multas, & diuersarum gentium nationes numero Christianorum augendo adiecerit: id quod ad huc hodiè testantur Episcopatus, Ecclesiæ fundationes, & collegia instituta quàm plurima, & præcipuè ea quæ in finibus Saxoniam per hæreticos aut deuastata, aut occupata sunt. Diuina itaque prouidentia factum puto, vt tot piorum sanctorumque Imperatorum, & principum beneficio Catholicorum societatem, & res auctas esse voluerit, quibus hoc infelicissimo & calamitosissimo tempore contra natos, & nascentes hæreticos tutò possint viuere, eorumque insidijs structis confidentissimè resistere: quare Dei prouidentia Catholicam administrari Ecclesiam verum est, qui tanquam gallina pullos suos sub alis collectos conseruat, & fouet benignissimè, quemadmodum à principio propagatæ fidei Christianæ in annalibus & Chronicis vetustis factum fuisse legimus, & adhuc hodiè fieri in pijs & catholicis Abbatibus, & Episcopis obseruamus. Hinc D. Crescens S. Pauli discipulus Moguntiam: S. Victor & Seruatius V Vormatiæ & Spiram: Amandus & Arbogastus Argentinam: D. Gallus & Columbinus Sueuiam: S. Cilianus V Virzeburgū: S. Narcissus & S.



Ulricus Vindelicorum Augustam: D. Paternus & Lando Constantiam: Diuus Corbinianus Frisingam: Sanctus VVillibaldus Dryopolin, Sanctus Emmeranus Ratisbonam: Sanctus VVolfgangus Patauium: Sanctus Rupertus Salisburgum, & totâ penè Bauariam: S. Seuerinus Aultriam, Sic quoq; S. Bonifacius, & Villebrordus Hollandiam, Zelâdiam, & Phryfiam: S. Lambertus Leordium: Audomarus Morinos deficientes, sic alij sancti Episcopi, & martyres alias gentes ad Christi fidem conuerterunt: vt & hac nostra hoc sanè nomine felici tempestate venerandus ille P. B. Franciscus Xavier cum suis socijs, Indorum gentem, Malaccenses, Iapanes, Moluccos, vastas & procul dissitas regiones, ita ad Christi fidem multis laboribus exantlatis excitauit, vt innumeri CHRISTI fidem sint amplexi: & spes sit, eas regiones vniuersas Euangelij lumine breui omnino illustratos fore, quemadmodum ex Indicis, & ex istis vnus Iapaniæ literis colligere licet. DEVS Optimus Maximus faxit, vt & Indi, & Iapanes, cæteri que noui orbis Christiani pergant, qua ceperunt, & in nostro quoque orbe, acceptam à maioribus illis nostris sanctissimis que viris fidem, ita quemadmodum acceperunt, dili-

P R A E F A T I O.

5

diligenter conseruent, & vt conseruari queat, successores Episcopi & Abbates, in priorum, & veterum Patrum vestigijs insistentes, sanctæque & integræ conseruandæ religioni diligentem vtilemque nautent operam, nam cum non minoris virtutis sit acquisita conseruare, quàm acquirenda comparare, profectò non minorem reportabunt mercedem & gloriam, qui Christianè doctam gentem in suo tenuerint officio: quàm illi qui ab impietate gentili homines ad Christum prius docendos adduxerunt. Qua in parte tantum promereri, & excellis, vt meritò in illorum numero reponi debeas, qui non modò titulis, vita, & pietate insignes religioni ornamento, verùm etiam qui Ecclesiæ iuuantæ, erigendæ, & tanquam instaurandæ sunt auxilio.

Cùm igitur in nuncupatoria libro priori præfixa, & ad illustrissimum principem ac Dominum D. Gulielmum vtriusq; Bavariz ducem, serenissimi Principis D. Alberti cognomento Catholici filium scripta, inter multos alios pios, & sanctos Ecclesiæ defensores tui quoque mentio facta esset, coepi mecum cogitare aliquas etiam epistolas T. D. dicari debere, qui non solum ex antiquissimo familiæ nomine inclytus, sed etiam

sed etiam maioribus Dei omnipotentis donis auctus, diuino & optimo praeditus ingenio, & ingenij lumē, eloquentiam, & magna experientia rerum, prudentiā, varia lectione, & multo vsu comparasti nō in terris honorē & gloriā, sed virtutē, & vitā aeternam tibi habens, vt scopum, propositam. Id quod cum alia multa, tum tuus erga religionem optimē affectus satis docet animus, quo impulsore tenuioris fortunæ non paucis adolescentibus alendis, collegium iam olim, ex quo multi pastores & viri docti in summum Ecclesiæ commodum prodeant, construxisti: cui vt in perpetuum de bona institutione, sine qua doctrina perniciosa esse consuevit, bene prospectum esset, etiam insigne Societati Iesu collegium alterum in ista patria medijs hæreticorum procellis fluctuante, primus exstruere institisti, & annuis redditibus prospexisti quā optimē vniuersæ diocesi, ad quam te Deus vocauit: ouibusque tuæ fidei commissis providens, vtinam multi vineæ Christi miserti, de qua exactam rationem redditori sunt Deo Iudici, tuum sequerentur exemplum. Tu verò R. Præsul in hoc proposito vt perseueres, & hanc meam scribendi libertatem boni consulas, Deum omnipotentem precor, quo efficiente tuæ  
diligen-

P R A E F A T I O. 21

diligentiæ fructus cernes amplissimos, &  
digno laboribus in cœlis non defrauda-  
beris præmio. Vale raptissimè  
Louanij, Nonis Calend.

Januarijs. Anno

1569.

*Tua reuerendiss. D.*

*Addictus Seruus.*

M. Hannardus Gomerius  
poeta Laureatus, ex aulæ Ba-  
uaricæ ministris minimus.



¶ EPISTOLA R. P. COSMÆ  
Torres, ad R. P. Anthonium Quadrum  
Præpositum Societ. Iesu prouin-  
cie India, 8. Octob.  
An. 1561.

## ARGVMENTVM.

**M**ulta memoratu digna narrat de civili Reia  
publicæ Iapaniæ & quæ religionem cõcer-  
nit administratione, vtriusq; officia describēs,  
certas item superstitiones, & varium idolorū  
cultū, contē plantiūmque philosophia. De in-  
de vrbes varias, earūque sitū, quibus Chris-  
stus innotuit: I eniq; de nouorū Christianorū  
Iapanensū cõstantia & virtutibus, totāque  
penē Iapania ad Christum inclinata.



**D**IFFICILE dictu foret,  
admodum R. in Christo P.  
quantam in Domino animi  
voluptatem, quantumq; le-  
titia, tum ex tuis, tū alto-  
rum fratrum literis, ceperimus: hac de cau-  
sa potissimum, quòd Societate nostram, sō-  
gè lateq; auctam, sese per orbem, magno cū  
Ecclesia incremēto & utilitate diffunde-  
re intelligamus, tam isthic, quàm in alijs  
orbis partibus: Dominus Deus, cuius boni-  
tate

tate infinita, hoc quicquid est operis, captū est, augeat indies magis magisq̄, ac felicitet. Ego verò ut ad literas redeam, ne nullam vobis, qui tanta, & tam sancta voluptatis mihi auctores fuistis, gratiam referā, constitui, cum omni gratiarū actione, quam Deo Opt. Max. debemus, ea vicissim trāscribere, qua diuina bonitati, in hoc nostro Iapanum orbe, per nos, nostrosq̄ ( qui sentimus quā eo simus indigni ) agere visum fuit. Referam itaque primum, gentis mores, & ritus. Deinde fidei Christiane felicia incrementa, hominumq̄ ad religionem nostrā propensionem, tum facilitatē in hoc fidei negotio, quā hoc anno ( qua Dei misericordia fuit ) experti sumus, longē quā antea unquā maiorem. Deus faxit, ut cum hac voluerit concedere, ipsum per hoc maioribus laudibus euehamus.

Iapanum ergo insula sub eodem ferè climate, quo Hispania subiecta est: 300. Leucas in latitudinem ( ut ferunt ) in longitudinē verò 600. patēs, fertilis adeo, ut bis quotānis colonis messē adducat, in Mayo frumētū, in Septēbri verò oriza. Aëris tēperies

Iapaniæ  
vastitas.

Fertilitas.

**Auri ars  
gentique  
fodinæ.  
Iapanes  
bellicosi.**

**Honoris  
avidissimi.**

**Sine Dei  
notitia  
viviētes.**

**Zazzo  
summus  
Iapanum  
Pōtifex.**

*in æstate, qualis in India: fructus non ab-  
similes fert Hispanicis, auri & argenti fo-  
dinis abundat. Populus bellicosus admodum  
est, priscos illos Romanos, quadam referēs  
ambitione, & honorum cupiditate: adeo ut  
precipuus ipsorum Deus, siue verius idolū,  
sit honor. Hinc sepe numero bellis inte-  
stinis, non sine multorum cade miserè col-  
liduntur: imò non rarò sibi mortem con-  
sciscunt, si qui se inferiores, aut certè non  
pares arbitrantur. Pari magnanimitate ab  
iniurijs aliorum, damnis, furto, adulterio,  
& id genus flagitijs abstinent, quamvis  
Deum non timeant, ac ne norint quidem,  
quòd aliam à presenti vita, nullam spe-  
rent beatitudinem, honorum tamen amo-  
re impulsī, parentes venerantur, & amicis  
fidem præstant, ut alibi quisquam. Habet  
tres Dominos, siue Dynastias, & regni ca-  
pita. Primus Zazzo appellatur, qui reli-  
gioni præest, quemadmodum Ecclesia Ca-  
tholica summus Pōtifex Romanus: ad quē  
de rebus religionis referendum est: Nec  
opinionēs, aut nouationes admittunt, quin  
huius prius manu, signoq; comprobentur.*

*Ipsius*

Ipsius quoque est Tondos, qui veluti Episcopi sunt, instituere. Quavis autem hi quibusdā in locis à præfectis civilibus designentur, ratum tamen id non est, nisi Zazzo author fiat, literasq; in testimonium concedat, qui tum cū ordine sacro insigniti sunt (ut nostro more sic loquamur) apud primates, & omnē populum in magna sunt veneratione. Hi tum suos porro sacerdotes, veluti per Diocæses constituunt. Primates, aut certe non ita publicas sectarum causas, decernunt: Zazzoni etiam officio incumbit, leges relaxare, aut solvere, potissimum in rebus grauioribus religionis, quale est à Tōdorum potestate, & iurisdictione civiles præfectos eximere. At verò in rebus leuioribus, ut si quis reporibus vetitis carnibus non abstinerit, ut tum ad Idola sua religionis ergo peregrinetur, vel aliud simile. Caterum, de religione, aut sectis, statuere quid, decernereq; prout commodum videbitur, solus Zazzo potest: & quicquid ille statuerit, amplectuntur oēs: nec ad alium deinceps appellare licet. Apud Sinas, ad huiusmodi dignitates eliguntur, qui doctrina &

Tōdi si  
ue Præsu-  
les.

Sacerdos  
tes.

Idoneos  
Sinx ad  
dignitas



na, & rerum usu, ceteros antecellunt. Hic, honores adeundi ratio non eadem est, sed plurimum sanguine iuncti succedunt: vel suffragijs, vel quòd à morientibus iam tum successores deligatur, ut qui in aliqua sunt dignitate, plurimum sunt nobiliores, ita ditiores sint.

Meacum  
Iapanib<sup>9</sup>  
quod vo  
bis & os  
ma.

Zazzo aut, in monasterio Meaci (quæ urbs apud Iapanes eam, quæ apud nos Roma, famam auctoritatemq, obtinuit) sedem habet. Potens est admodum, tam propter vrbes, quam prouentuum amplitudinem: ita ut non raro cum alijs, qui unâ rerum Iapanensium imperium habent, manus atdeat conferre, hæc de ijs quæ ad religionis caput attinent.

De statu  
ciuili.

Ciuilis principatus bipartitus est, alter honoris ius, alter administranda Reipublicæ, ac iuri dicendo constitutus. Qui hunc obit, uterq, Meaci quoque degit. Qui honoribus dandis præest, Voo appellant: succedunt ipsi filij: qui si desint, propinquiore. Hic in tâta est apud homines veneratione, & existimatione, ut ipsa Iapanensium Idola non maiori, ac non minus quàm Idolum colatur.

Voo ho-  
norū dig-  
nitarum:  
que titu-  
los distri-  
buit.

colatur, tantâque sanctitatis opinione, ut nefas arbitrentur, si pedibus terram (quod nec ipsi licet) contingat. Adeo ut si forte accidat, honore, officio, dignitate priuetur. Ac proinde cum egrediendum est, rheda vehitur, aut calceis incedit ligneis, qui palmo sunt altiores, supra terram eminentes sacros pedes attollunt. Raro comparet, ac vix unquã adium suarũ septis egreditur. Plenig sedet, altero ex latere machera accinctus: altero vero arcu & iaculis. Vestes gerit, non vno in genere, insima quod nobis carni propius inausum est, nigra est, que sequitur, purpurea: toga vero transparentes ex serico confecta instar veli, manibus assiduo floccos duos gestat. Pileum instar tyara, impositum capiti est, zonus quibusdam discriminalum. Frons albo, nigroq; colore distincta est. Patinae ex quibus cibum sumit, stiles sunt. Huic ex officio incubitor, sua auctoritate, quemq; eo honore, ut visum erit, pro cuiusq; merito, virtute, rebusq; bene gestis, afficere. Titulis igitur, nominibusq; magnificis, principẽ quemq; honorat. Quãobrem scire conditionẽ, dignitatemq; cuiusq;

b

oportet,

Terram  
ip̄si con-  
tingere  
nefas.

Voenis  
ornatus.  
Arma.

Vestes.

Officiũ.

Ratio di-  
stinguen-  
di digni-  
tatu gra-  
dus.

Nihil  
equè atq;  
honores  
ambiunt  
Iapanes.

oportet, ex qua, quātum obsequij, & honoris  
cuiq; præstandū sit, metiatur. Ipsius quoque  
est, quemque ad maiores honores euehere,  
auctis titulis, pro cuiusq; laboribus, & me-  
rito. Cognoscatur porro cuiusq; gradus & ho-  
noris differētia, certis quibusdam caracte-  
ribus, qui principibus distribuuntur. Nā &  
accidit Bongī Dominum, Mercenatē no-  
strum eximium breui temporis, quo hic e-  
gimus spacio, suas literarum consignationes  
quater & trigesies mutasse, occasione dūta-  
xat titularum dignitatis, quæ ipsi quotidie  
huius Voonis munificentia accrescebat: Et  
ut semel dicam, ipsius est duces, & Domi-  
nos Iapanenses, ad diuersos honorū gradus,  
variasq; dignitates, quæ, ut iam diximus,  
ab alijs obtineri non possunt, euehere. Quo-  
niam verò Iapanēses auidiores multo sunt  
honorum, quam ullius rei, maximis munc-  
ribus, maximaq; munificentia hunc suum  
Voonem colūt, & prosequuntur, idq; tātum,  
ut titulo aliquo, signoq; virtutis accepto ab  
ipso epistolio potiantur: quod si impetrant,  
magno se honore affectos arbitrantur. Hinc  
fit ut tametsi Voo urbibus, redditibusque  
careat,

careat, inter ditissimos tamen totius Iapanie habebatur: plerique principum & primatum suos apud hunc Voonem patronos, & legatos habent: Hiq̄, quotānis ipsum vident, magna munerum, ac largitionum cōtentione, dum quisque certatim pecunia vim, & donariorum apportat, ut huiusmodi titulos, & honorum gradus assequantur: quos eo nomine tam studiosè sectantur, quod honoribus affecti, etiam apud subditos eximie honorentur. Voo hic quantumcunque hac dignitate emineat, tres tamen ob causas, amoueri potest. Primum si terram pedibus cōtingat: tum si quempiam occidat: postremò si mores habeat non perinde faciles aut gratos: occidi tamen ob hæc non debet, nec potest.

Voonis  
potētia

Cur tam  
auidi ho-  
norū las-  
panes.

Ob quas  
causas  
Voo dig-  
nitate  
amove-  
tur.

Tertia  
dignitas  
Gungæ.

Tertium deinde regni huius caput, quod in civili administratione secundum est, sibi tranquillitatem Reipublicæ, ac leges commissas habet, eiq̄ Gunga nomen est.

Huic duo aliq̄ subsunt, veluti secundarij, dicti, Euge & Goxo. Gongus hic toti Iapaniæ præest, ac veluti dictator est, Principibusque qui in civilibus rebus

Euge.  
Goxo.

versantur, imperat. Siquidem horum est  
 bella gerere, delectus habere, ius omnibus  
 dicere, providere ne tumultus oriantur, aut  
 coniuretur, virosq; qui hac in re aduigilet,  
 ac minimam quamque suspicionem ad se  
 deferant, paratos habere: Inter Principes  
 pacem conciliare, punire regni, pacisq; tur-  
 batores, aut quos temerè in regnum insur-  
 gentes deprehēderint. Quae quidem omnia  
 ita gerunt per alios, quos item sibi subiectos  
 habent: hiq; & contra tumultus armantur,  
 dissidentesq; principes ad fœdera sollicitant,  
 necnon cum nihil profecerint, ex superio-  
 rum Principum imperio, bellum in perti-  
 naces instituunt. Dignitate verò eas qui nō  
 obtemperant, exuunt, diripiendasq; provin-  
 cias, & vrbes alijs Principibus concedunt,  
 vt pulsis illis, eas vt predam occupent.

Atque id quidem officium est istorum, &  
 quàm oprime constitutum est: verùm fit  
 plerunq; vt pro officij potestate & meri-  
 to fontes non puniantur, sed is qui poten-  
 tior est, contra leges armorum violentia su-  
 perior euadit. In ceteris quisq; superiorem  
 agnoscit, cui paret, in rebus ciuilibus: In  
 ijs ve-

ijs verò quæ ad religionem attinent, suis  
Tondis, siue Episcopis, & horum summo ad  
quæ pertinet de religiõe aut sectis definire.

Sectæ Ia-  
panum.

Sectæ verò, ut iam semel indicauimus,  
septem numero sunt, quæ licet maximè vi-  
deantur pugnare, quantum ex ijs quæ ge-  
runtur, licet iudicare, in hoc tamen conue-  
niunt, quòd animæ immortalitatem tollant.

Idola Iap-  
panum.

Sol.

Luna.

Sectarū

authores

Belli Duce-

ces.

Bruta

quædã.

Nec Idololatriæ quidem cultū eundem ha-  
bent: alij enim Solem, alij Lunam, alij lite-  
ratos quosdam, & doctos adorant homines,  
authores scilicet sectarum: alij belli duces  
in hoc genere illustriores: alij bruta animã-  
tia, quæ recensere singulatim longum foret.

Literati isti, cum hanc cultus diuersitatem,  
idolorumque multitudinem admittant, &  
cuique suum exhibere cultum doceant, ni-  
hilominus fatentur, nihil esse quod non in-  
tereat: atque tam homines, quam bruta,

plantasque eò vnde ortum traxerunt, re-  
dire: quod ut assequantur miseri, viginti-  
quinque millia adhibent meditationum,

quibus exactis, error ille etiam firmitus in  
animis insidet, eoque tendunt, ut de mor-  
talitate animæ constantius, certius, aut

Medita-  
tiones se-  
ctarum.

Opinio-  
nes. ut verè dicam, pertinacius aliquid ha-  
beant. Inter has meditationes una est, qua  
docentur, hominis amputatum caput inter-  
rogare, quid ipsum modo sit, & quid respo-  
deat: porro narrare alia docet unū & eun-  
dem ventum pro locorū diversitate in qua  
impellitur, varium edere sonum, & similia  
multa. Summa concludunt ad nihil, quod  
ex nihilo factum, deduci, & in idipsum  
resolui. Homini quoque tres inesse animas  
sunt, & quāq; cōtrario quo ingressa est,  
egredi ordine, ut que prima erat, postremo:  
que postrema, primo. Hoc ultimum inter  
mysteria, & natura secreta referunt, rarosq;  
atque ijs tantum reuelant, quibus magna  
pecunia vis in numerato est.

Xaqua  
Pleudo  
prophe-  
ta. Qui verò veteres sapientes suos colunt,  
preter alios, quidam Xaquā, nescio quem,  
doctrinae opinione celebrem, & Regis filiū  
sibi delegerunt: Hic multos posteritati erro-  
rum suorum, & citatisq; sua libros reliquit,  
& non hunc solum, verum etiam quendam  
Liber  
pseudo  
prophe-  
ta adora-  
tur. ipsius librum, Quaequium appellatum, ado-  
rant: asseruntq; saluari sine libri huius pre-  
sidio, nullum posse, quo & omne animan-  
tium

tium genus, herbarum, ac lignorum salutem consequuturum arbitrantur: reliquas nugas si quid diligentius exquirat, nullis alys tota hac superstitio nititur principijs, quam ut persuadeatur hominibus ipsum non esse unde dependet, quicquid est.

Principium philosophantium laspanum.

Qui solem aut lunam adorant, Idolū etiam, quod ipsi Benix vocant, triceps venerantur, asserentes virtutem esse solis, luna, & elementorum. Ipsum quoque demonē, qui eis visibili specie sæpius apparet, colūt propria effictum figura, sacrificiāque huic sumptuosissima offerunt: magni quoque sunt Necromantici, iurati hostes Domini nostri Iesu Christi, & legis eius sanctæ.

Idolum triceps, & demonē ipsum adorant.

Aliud quoque Idolum Guannon habēt, filium Amedæ, viri (ut aiunt) sapientis, cui etiam divinos exhibent honores. Qui Guannon venerantur, & religiores habentur, & haberi volunt: hi semper incedunt orantes, quanquam pauci sint. Lex quam plerique sectantur, & servant, ea est, quæ (quas supra dixi) meditatione tradit: quarum caput est, ut contempleris quid fueris antequā esses, idq; in id iterum resoluendū.

Idolum Guannon.



De Euā-  
gelij fru-  
ctu.

Hac de ritibus regionis, modò de fructu  
Euangelij pauca quadam subiiciamus, quo  
dignatus est Dominus hasce prouincias il-  
lustrare. Notius modò est, quàm unquam  
antea, ex quo Societas nostra innotuit, huic  
populo Christi nomen. Anno antea octo scri-  
psimus ob belli tumultus, non datam occa-  
sionē, ut lex Christi alijs in locis, quàm ibi  
tunc admissa erat, proponeretur, nec inte-  
grum esset nobis ijs occurrere, & adesse, qui  
Christum receperāt. Sed Dominus noster  
Iesus immēsa sua bonitate hoc anno 1561.  
Regem Bongi amicū nostrum insigni adeo  
voluit de victis maxima ex parte hostibus  
& inimicis victoria euehere, ut tum hęc  
ob causam, tum ob pacem que consecuta  
est, magna ad fidem aperta sit via, nec so-  
lūm Christianis occurrere in huius regni  
urbibus, verūm etiam in multis alijs Ia-  
pania Prouincijs & regnis (sicuti iam non  
sine magno Dei fauore cæptum est) con-  
tionari liceat. Sex enim modò è Societate  
in octo prouincijs CHRISTVM an-  
nunciamus. Quarum prima Bongi est,  
qua in vrbe Rex noster amicus residet. Sita  
autem

Sex Euā-  
gelizātes  
in 8. Pro-  
uincijs.

autem est hæc urbs 33. gradu & medio ver-  
sus polum Arcticum, in ea insula parte, quæ  
ad Orientem vergit. Hic sedes nostras ha-  
bemus. Præter multos quos habet Christia-  
nos, indies plures, pluresq; Christum am-  
plectuntur: interq; alios etiam nonnulli li-  
terati meditationibus antea dediti. Latius  
hæc omnia, ex ijs quæ Bongo missa sunt li-  
tere, intelligetis, quantaq; non obscure Do-  
minus hic operetur.

Bonzi  
situs.

Vbi præterea fidei sanctæ lumen illuxit,  
Firanda est insula, quæ septem aut amplius  
iam Christianorū locis est illustris. Sita est  
hæc insula ad Iapaniæ latus, quod ad Occidē-  
tem vergit, distat aut 45. aut 50. leucis, si-  
ue quod idē est, 134. aut 149. miliaribus à  
Bongo: suntq; in ea triginta Christianorum  
millia, ad quos ob bella superiori anno nul-  
lus patebat accessus: modò verò patet, & in  
posterum spero patebit, quod Principi subsit  
nostrò Regi Bongensi. Iulij mense nuper e-  
lapso, quidam Fratrum nostrorum Ludo-  
vicus Almeida, eos inuisit, & auxilio quo-  
rundam Lusitanorum, qui forè eò appule-  
rant, Christianorum templa sunt restau-  
rata.

Insulæ  
Firandæ  
situs.

rata. Quantum autem profecerint ij qui ibi degunt, Christianis quantum accedat, ipse perscribet.

Cutam si  
tus.

Tertius locus Cutami dicitur, estq; veluti Comitatus Regis Bongani, 9. duntaxat leucis à Bongo distans: habet amplius ducentis Christianis, quorum vnus suis insigne templum exstruxit: Instat vt quidam nostrū eò se conferat, cuius pro desiderio, (tanta est operariorum penuria) per nos satisfieri non potest. Opus sanè est vno saltem fratre nostro: T. R. quaso prouideat, tum hinc, tum alijs locis.

Facata si  
tus.

Quartus locus Facata ciuitas est, opulenta admodum, & nobile emporium, itinere pedestri à Firanda huc itur, distatq; 60. aut 75. miliaribus. Templum vnum ibidem exstructum est: & ad aliud condendum quidam Christianorum suam offert operam. Hac iter faciens Almeida, homines sexaginta baptizauit, in reditu longè plures abluturus, nisi in morbum incidisset.

2. Tēpla.

Quintus locus, vbi Christiani degunt, est Cangaxima: iam olim hinc primo appulit

R. P.

R.P.N. Franciscus Xavier, dum ad has regiones primum venisset. Hinc quoque primitia Iapanensium, qui Christo nomen dederunt, ortum habent. Ciuitas hæc circa promontorium insula sita, ad meridiem vergit, gradu verò 31.150. miliaribus à Bongo, aut eò amplius distans, regnum ipsum amplum: indigenis satis iam Societas innotuit, quos etiam interuisit frater noster, & humaniter admodum ab urbis primario exceptus est: Imò literis ad me missis conquestus est, quòd nullus Lusitanorum eò proficiscatur, gratissimumq; non solum ipsi fore, si quis eò veniret, verum etiam Christianis omnibus: nam & hi Patrem quendam mitti, qui se visat, desiderant. Rogo R.T. ut ipsorum pijs satisfaciat votis.

Cangax  
imē situs

Sextus locus est Amanguccum, magis versus polum vergens, centum nimirum quinquaginta miliaribus à Bōgo distans: quo minus hoc anno visendorum Christianorum causa eò itum est, bella prohibuere. Iam pacatis rebus, datus ad nos literis, se in S. fide perseverare significarunt, nosque ut accurreremus, sollicitarunt, ut gentiles fidei

Aman  
gucci si-  
tus.Aman  
guccens  
suum cō-  
stantia-

lumen

lumen susciperent, occasionem oblatam esse.

Meaci  
fitus.

Septimus locus Meacum situm, ut scripsimus præterito anno, ad ortum, in alio quodam huius insule promontorio miliaribus ut plurimum trecentis Bōgo disitum: Unde Bonzorū Primas ad me literas dedit, se fidei nostræ magno desiderio teneri, senioq; prohiberi, quo minus ipse veniat, gratum fore, si aut ego, aut alius veniret, à quo instrueretur. Iam agitur annus, à quo P. Gaspar Vilella cum literis quibus huic Bongo respondetur, eò profectus sit, tentaturus si quis ibi verbo Dei sit locus: unde uniuersa Iapania, quantum ad religionem, sectæq; omnes pendent. Cæterum cum post multos exhaustos labores eò peruenisset, obijisse Bonzō comperit, eumq; ante mortem dixisse, narratum est: se fidem nostrā probè intellexisse, eaq; qua tum ego, tum alij Iapanenses de illa scripsissemus, ac sese in ea mori. Placuit diuinæ bonitati Vilellam multis confectum molestijs Euangelio apta adeo gentiliū corda offendere, ut non parua ijs in locis fidei fuerit accessio, ubi multò antea desiderabatur: quemadmodum T. R. ex ipsius literis  
latius

Primas  
Bonzo-  
rum in  
Christi-  
ana fide  
mortuus

latius omnia intelliget.

Octauus locus, quo Christi doctrina peruenit, est Saquai ciuitas, inter Meacum & Bungum sita, opulens & ipsa emporium politiam habens ut Venetia liberam, mercatoribus refertam. Scripsere & huius urbis indigenæ ad me, munusculo misso, rogantes, ut propter Christum quempiam, à quo sibi fides enuclearetur, mitterem. Quid facerem? Solus eram, nec sacerdos hoc in loco erat, qui vices meas obiret, nec aliquem alium quem mitterem habebam. Scripsi ad Gasparum Vilellam, ut eò concederet, tam pium opus suscepturus: dum à T. R. qui huic negotio idonei essent mitterentur. Per Christi sanguinem rogo, ut sex huc transmittat, aut saltem quatuor: nam præter octo quæ iam commemoravi, loca, maxima in tota Iapania amplificandæ fidei data est occasio, imò longè maior, quàm ante unquam, quòd pacata sit, & à bellorum tumultibus vacua: adeoq; ad fidem videntur inclinari, ut vix locus sit, quin si venias, liceat Euangelizare, deoq; Christi lege magnocum audientium fructu agere: & si quid possum præfagire,

tam

Saquaiensis  
situs.

Saquaiensis  
sacerdotem  
petunt.

Tota penè Iapania ad Christum inclinatur.

tam Christiani, quàm gentiles nec obscuris  
 indicijs prodit his in locis Christianismum  
 longè lateq; diffundendum: Et sanè res  
 ipsa loquitur. Si enim finis inijs correspo-  
 debit, mirum quanta Christianorum futura  
 sit accessio. Quare iterum T. R. rogo per cha-  
 ritate Christi D. N. aliquot etiam unà  
 mittat operarios, quorum penuria iam cogor  
 Iapanensium quorundam opera uti: quibus  
 tamen Deus suam indidit gratiam, ne tāta  
 occasio nobis è manibus elabatur. Statui  
 quoque Ioannem Fernandum Meacum  
 ad M. Gasparum Vilellam mittere: Facatam  
 Ludouicum cum quodam Iapane: Guiliel-  
 mum verò nostrum cum alio Iapano Fi-  
 randum: Ego & Eduardus Syluius hic Bō-  
 gi in gratiam Christianorum, donec auxi-  
 lia à T. R. mittantur, manebimus. Hæc sunt  
 Reuerende in Christo Pater, quæ de fructu,  
 & populi huius ad Christi fidem propensio-  
 ne scribenda duxi. Quantum ad Christia-  
 nos ipsos attinet, ac de ipsorum virtutibus,  
 enimiq; constantia ac robore, ex literis quas  
 fratres nostri scribent, plenius intelligetis.  
 Hoc unum tantum attingam: Etsi multas  
 regiones

regiones infidelium accesserim, nusquam tamen me gentiles rationi tam obtemperantes, & pietati deditos, nec ad pœnitentiam agendam ob anteaactam vitam tam promptos, quàm hic inuenisse. peccata enim per corporis afflictiones ita expiant, & ad sacra Synaxeos sumptionem ita se religiose componunt, ut opinionem longè superent, qua de nouis Christianis, & nuper ad fidem conuenientibus haberi poterat. Constantèr quam semel amplexi sunt fidei legè seruât, quod ut illustrius euadat, non possum nō referre, quid Christianis Firandinis, nō solum persecutionibus agitati, verùm etiã exilio mulctatis eo nomine quòd Christiani esset, euenerit. Multi siquidè relictis bonis Bongū se ad habitandū contulerāt, satius ducētes ob Christi fidē cum Christo pauperē trahere vitam, quàm ipso relictò multa possidere. De ipsorū religione id quoq; referam. Eū aeris sonitu signū ad orationē datur, tāta alacritate ad orandū in genua sese prouoluūt, ut non solum viros feminasq; Deus ad pietatem verè excitare videatur, verùm etiam pueros, qui per atatem rationis vix dū esse

Iapanes aliarum regionū, qui Christi fidem amplexi sunt, homines perfectio ne superant.

Firandinarum constantia.

Ad orandum alacritas.



dum esse capaces videri possint, parentum  
 studium imitentur. Hinc factum est, ut nu-  
 per quodam Christiano referente intellexi,  
 puella Christi sacramento imbuta, ad adse-  
 rendum vinum emissa: Dum promitur vi-  
 num, accidit fortè ut signum campana ad  
 salutationem Angelicam daretur, statim,  
 humiliq; deuolutis genibus, preces fudisse,  
 nec sese erexisse, prius quam quinque ora-  
 tiones Dominicas, totidemq; salutationes  
 Angelicas recitasset: quæ res circumstantes  
 gentiles vsq; ad stuporem commouit, adeoq;  
 excitauit ad pietatem, prædicandamq; Dei  
 gloriam, ut dixerint, non esse alium Deum  
 Christianorum similem: quandoquidem  
 Christianorum quisque, vsque ad infantes,  
 suis moribus alijs exemplum præberet: mi-  
 rum dictu quantulis occasionibus inducti,  
 ad religionem & piè agendum excitentur.  
 Nihil gratius in has regiones inferri potest  
 rebus sacris. Det Deus T. R. cognoscere, quã-  
 topere pluribus fratribus nostris hic sit opus,  
 quamq; grati sint: quare precor, ut operarios  
 mittat. Hæc scribenda duntaxat duxi de  
 hisce regionis ac Gentis moribus, eiusq; ad  
 Christum,

Christum, abiectis Idolis, conuersione, tametsi plurima non leuia studio omissa sint, multum alioqui voluptatis fratr. bus nostris tam ijs qui in hisce, quàm Europa degunt, allatura. Mittat ergo R.T. presidarios milites, ut liceat his rebus etiam interdum scribendis vacare, & gloriam Dei longè lateq. diffundere, cui quicquid boni accidit, acceptum est referendum. Is semper animos nostros inhabitet, Amen.

Bongi 8. Octobris. 1561.

R.T. in Domino seruus

Cosmas Torres.

EX EPISTOLA IOANNIS

Ferdinandes Bongo in Iapania, ad fratres Goenses scripta 8. Octob.

Anno 1561.

ARGUMENTVM.

Agit de occupationibus eorum, qui Christi doctrinam propagant, puerorum fructuosa institutione, ingenij excellentia, fructu, & quorundam virtutibus: Nosocomij extruptione, ægrotorum bona tractatione, quantumque utilitatem ad Gentium conuersionem habeat: de dono curandi, quibusdam Dei bonitate

nitate donatum, De ratione docendi plebem & fructu, & cuiusdam pueri miro ingenio & pietate: de afflictionibus quas laepanes, vt à peccatis liberentur, subeunt. Item de plebis studio in Christi doctrina, & tua charitate conseruanda, spectaculis sacris, festorum celebratione, & mysterijs sacre hebdomadae, quam Pascha sequitur. Humandi defunctos Christiana & Gentilium ratione: de Facatensium conuersione, & amplificandæ fidei ratione, pietatis exercitijs domesticis, & quotidianis: denique temporum numerum iam nuper erectorum in Iapania memorat. Ananguccanorum constantiam.

Gratia & amor æternus Iesu Redemptoris, & Domini sit  
semper in animis  
vestris.



*Via mihi munus ad vos scribendi iniunctum est, Patres, fratresq; charissimi, eas res qua in hisce regionib; à mense Nouembri anni 1500. ad hoc usque tempus euenerunt, nitar equidem, quantum in me erit, id prestare. Atque utinam vt vobis gratum id erit, ita etiam pro rerum dignitate id faciam: adsit is qui omnis*

omnis boni author est spiritus, ut mirabilia  
bonitate Dei infanti patrata, ut exigunt  
modo enarrem: omnesque unanimi con-  
sensu his auditis, animis inflammati,  
quantas tale beneficium requirit, Deo gra-  
tias agamus.

Scripsi P. Cosmas Torres mense No-  
vembri anni elapsi, impedimenta propa-  
ganda fidei varios bellicos tumultus fuisse,  
quibus hic feruebant omnia: qua res ut  
damnum intulerit maximum Japanibus,  
fidis tamen Dei operarijs non parva occa-  
sio ad maiora accumulanda merita fuit,  
cum aduersa hac in ipsam viam regiam  
crucis nos protrudant, in qua nostra glo-  
ria & beatitudo consistit. Modo his di-  
stinemur munij: ad Neochristianos ver-  
ba saepe facimus, baptizandis legem Dei  
exponimus, ijs vero qui confessionis sa-  
cramento constantiam a vitijs repurgant,  
quique sacrosancto Christi corpore ani-  
mum explere satagunt, de ijsdem sacra-  
mentorum mysterijs, Christi que erga nos mu-  
nificencia concionamur: unde sit, ut nul-  
lum tempus non pijs operibus impendatur.

Aduerfi-  
tatum va-  
tilitas.

Occupas-  
tiones  
Euanges-  
lizantiũ.

Puerorū  
Iapanen-  
sium dili-  
gentia, &  
exercita-  
tionem.

Hac Eduardo Syluio, & mihi vicissim in-  
cumbunt. Guilielmus verò præter cōtinuas  
Iapanicæ linguae lectiones, doctrinam quoq;  
Christianam pueris explicat: quorum inge-  
nium, dexteritatēq; ad quiduis percipiē-  
dum vnicè admiramur: octo enim mēsum  
labores huic rei impense sunt, adeo ut ne  
puer quidē su (qui fari vixdum possit) quin  
Christianas hasce institutiones tam Latine,  
quàm Iapanicè memoriter recitet: maior  
quoque pars Psalmum 50. tenet. Audito  
sacrificio missæ, triduum dant doctrina re-  
citationi, ita ut semper aliqui donec ad finē  
deducant, præcipua capita recitent, nimirum  
Orationem Dominicam, Salutationem vir-  
ginis Matris tam Angelicam, quàm vesper-  
tinam, Decalogū, præcepta Ecclesie sanctæ,  
capitalium peccatorum, virtutumq; opposi-  
torum cathalogum, misericordia aperum v-  
trunque genus: Indies quoq; aliquid Chri-  
stianæ institutionis ipsis prælegitur, eoque di-  
riguntur omnia, ut prauis ipsorum moribus  
ex diametro repugnemus, & tandem boni  
Christiani euadant. Deinde domum reuertun-  
tur, sumpto prandio, ad templum reuertun-  
tur, si-

sur, finitaq; lectione, bini Patrem, cum va-  
 cat, de osculanda ipsius manus gratia, acce-  
 dunt, à quo quilibet pugillum orizæ, qua sem-  
 per abundamus, ut ad virtutes & literas  
 amandas incitatiores sint, aliq; huiusmodi  
 recipiunt. Hisce enim incitamentis est vitē-  
 dum, quod Iapanenses filiorum id libertati  
 planè relinquunt, in quam lubet cunque par-  
 tem, vitæq; rationem inslecti. His igitur cre-  
 pondijs erecti, bini quoque ad præclarã quã-  
 dam crucem se conferunt, reddituri tamen  
 quidam ipsorum circa vesperam, ut ante  
 dominicam crucem ad horam unã doctri-  
 nam Christianam cantent. Hinc efficitur, ut  
 ipsi etiã gentiles doctrinam Christianam ex  
 tam frequēti auditione per plateas cantillēt.  
 Faxit Deus, ut corde, et interiore sensu ope-  
 re hæc compleant, sicuti frequentant ore. Ex  
 iã felicibus puerorum ingenijs insignes ali-  
 quando precones Euangelicos nobis promit-  
 timus, qui cæcitatē gentilium discutiant, &  
 resutent: magna enim ex parte firma sunt  
 memoria facilius etiam quiduis ingenij, a-  
 cumine, quàm Hispani capiunt & peruadunt.  
 Continenter apud nos degunt viri qua-

Iapanes  
 suis filijs  
 permit-  
 tunt, ut  
 quam li-  
 bet vitæ  
 rationē  
 amplectā-  
 tur.

Puerorū  
 acumen.

tuor, & duo pueri, qui magnam Euangelio-  
rum partem, & aliquot conciones, explica-  
tionesq; idiomate patrio memoria manda-  
runt, ut alios doceant. Horum vnus, cui Pau-  
lo nomen, Medicus est: omnibus tam Chri-  
stianis quam Gentilibus medicamina mis-  
cet, idq; gratis, donatq;: non tamen, licet alio-  
qui suæ artis callēs, suo arbitrio sine senioris  
medici consilio permittitur. Tanta verò de  
hoc est populi opinio, etiam gentium, ut  
nulla arbitrentur rite facta esse medica-  
mina, nisi hic confecerit: det Deus ut ean-  
dem de spiritualibus medicinis concipiant  
opinionem.

Alius Iapanensis Damianus nomine,  
viginti circiter annos natus, obediendi,  
mortificandiq; studio, maturitate loquendi,  
morum facillitate, ipsos etiam Lusitanos fra-  
tres post se relinquit: hic præter domestica  
exercitia in quibus versatur, legere more  
Iapanensi, Christianorum filios docet, qui  
primò, pro dolor, Bonzororum monasteria  
frequentabant: apud quos cum ipsis elemen-  
tus literarum pessima queque, & omnem  
morum corruptelam imbibebant. Hinc fa-  
Etum

Etum est, ut P. Cosmas author fuerit, ne quis Christianorum filius alibi quàm apud nos scholas frequentaret, ut simul moribus, ac doctrina Christiana imbueretur: & sanè decem mensium spacio non solum plus quàm integro antea apud Bonzos biennio profecere, verum etiam moribus Angelos potius, quàm Gentilium filios referunt. Det Christus, cuius sanguine sunt redempti, eis tantam gratiam, ut suum nomen longè lateque diffundant, illustrentque. Nosocomium quoque hìc exstructum est, undique suis septis munitum: duo egrotantium genera admittit, nimirum sauciatos, & alijs quibusvis morbis laborantes.

Nosocomium exstructum

Habitant unà in hoc loco duodecim uxorati, & aliquot viduae, quarum una cuiusdam martyris creditur uxor. Altera verò senio ferè cōfecta, qua maiorem etatem religiose Pagodis seruiendo cōsumpserat, modo tanta illustratur gratia, ut omnem bene agendi affectum & ardorem in Christi, ipsiusq; pauperum ministerio grauiter impendat: in confessione peccatorum, & Eucharistia communione frequens, exemplar dicat

Insignis vetulae religio.



rara pietatis, & perfectionis speculum. Est  
 & alia, cuius laudes epistolam requirunt, s̄  
 describenda sint. Viuunt hæ ex proprio la-  
 bore, se suaq; omnia Christo impendentes.  
 Sunt & alij Firādo ob fidem Christi profugi.  
 Ad hos infirmos exhortationes quoque  
 Christianæ habentur. Noster Aloysius ali-  
 quot, quibus iam deplorata erat salus, sani-  
 tati restituit, virtute potius diuina, ut credi-  
 mus, quàm medica, aut portionum efficacia:  
 verùm hoc medendi munus abdicauit, à  
 corpore ad animam, cuius curatio ducenda  
 multò est antiquior, conuertens: Alium ta-  
 men eiusdem nominis in suum substituit,  
 nec minori pollentem in medendo dexteri-  
 tate: in quo simul cum arte, qua ipsum  
 instituit, & medendi donum videtur trās-  
 fusum: luce enim clarius est, sanitatem quã  
 recuperant egrotantes, minimè medici sa-  
 pientiam præstare, sed à diuina virtute pro-  
 ficisci. Quod ut fiat manifestius, missis de-  
 cem, i. s. & 20. annorum inueteratis malis,  
 quæ hic sanauit, unum referam, quod mul-  
 tos in stuporem rapuit. Vir nobilis quidam  
 dum in tormentario puluere conficiendo  
 occupa-

Sanitatis  
 dona.

occupatur, scintilla fortè delapsa, puluerem totum incendit, atque ita ille correptus est, ut assus combusta pelle videretur. Mater ilico expedito nuncio, ut nihil cunctando hic noster adsit, rogat, seq; Christi legē amplexuram, simulatq; filius esset sanitati restitutus, promittit. Aberat tunc noster Ludonicus Almeida, mittitur medicus Iapanensis, qui simulac vidisset, desperās de hominis salute, pedem ilico retulit. Instat matris in filiū pietas: alius qui Christo nomen dederat, mittitur medicus, sed Chyrurgus frustra quid ars posset, aliquoties expertus, viso matris planctu, obnixè Patrem rogat, ut rei tam calamitose occurrat, si quo modo fieri posset. Accedit Ludonicus, qui triū dierū spacio eo rem deduxit, ut & cibum sumere, & quiescere (quod in tam difficili morbo, ac summopere cruciāte maximum est) somnumq; capere cœperit: qui paucis deinde diebus, nullo debilitato membro totus incolumis euasit: Det Deus et quoque animæ salutem.

Duo Iapanes totius Nosocomij curam gerunt: quorū alteri hæc cura incumbit, ut si  
 quæ

qua morbi urget necessitas, Patrem admo-  
nere: Item ut ne vagus quis, aut scurra  
admittatur. Horum est hic magna copia, sed  
ij qui noti sunt, aut à parentibus, aut domi-  
nis, alijsq; non ignotis, quorum testimonio  
adhiberi fides potest, commendantur.

Neochris-  
tianorū  
charitas.

Hic cum sua familia in Nosocomio habitat,  
ex sua tamen viuens arte & labore. At-  
ter ex officio ea perlustrat loca, in quibus  
Christiani degūt, si quos fortè infirmos, pau-  
peres, ac ope destitutos inueniat, ut subue-  
niatur tam animæ, quàm corporis neces-  
sitati. Vtrumque munus prudentem sanè vi-  
rum desiderat, & sollicitum, cui tanta quo-  
que de rebus diuinis sit cognitio, ut & a-  
lios docere, & in re Christiana instituere  
queat. Cōfluunt huc ex tota Iapania despe-  
rata salutis homines quàm plurimi: sanè  
tuba id quaedam Dei est non surda, orate  
ut ad eius sonitum ita excitentur Iapanes,  
quo ad verbum Dei, & mentis sanitatem  
pari studio, atque ad corporis propulsandos  
morbos accurrant. Ipso Visitationis B. Vir-  
ginis festo, præcipua illustriorq; domus pars,  
cum oratorio etiam, ornate varijs sericis &  
pictu-

pietatis fröditibus floribusq; fuit instructa: sacroq; solènter peracto, Eduardus Sylvius cö-  
cionè habuit de misericordia: tñ epule om-  
nibus instructæ, qui interesse prandio cupe-  
rēt, Nosocomij expensis: dei beata illa, per-  
petuaq; virgo nos filij æterni epulis satiari.  
Hac de pueris, ægrorumq; curatione.

Epulum  
instituitur  
plebi.

Ratiõ do-  
cendi ple-  
bem.

Christia-  
norũ fers-  
uor.

Frequen-  
tes con-  
ciones.

Eucharis-  
tiæ sum-  
ptiones.

Totam verò Bongensem plebè hoc, quo  
dicam, instruimus modo. Sacrum quotidie  
celebratur, cui intersunt Christiani, tanta  
pietate & religione, quantam me vidisse  
alibi non memini. Apparet sanè luce cla-  
rius novas esse plantas Spiritus S. gratia af-  
fatim, continuoq; irrigatas. Sæpè confiten-  
tur: solebant singulis Sabbatis onus consci-  
entiæ deponere, quod in diè Dominicũ ne à  
suis distraheretur laboribus, reiectum est:  
sed quia omnibus satisfieri vno die non  
potest, ita diuisi sunt, ut quisque sciat, quo  
die Dominico sibi accedendum sit. Interea  
quotidie sub vesperũ audienda sunt extra-  
ordinaria cõfessiones. Ad Dominicũ corpus  
sumendum vltro multi accedunt: In Virgi-  
nis matris Assumptione plurimi sacro via-  
tico pasti, magna cũ religione & deuotione  
fuere:

fuere: inter quos quidam adolescens 13. annorum Augustinus, qui domi nostra agit: qui cum diu, multumq; institisset, ut sibi quoque liceat sacram Christi adire mēsam: iussus primò attentè tantum mysterium cōsiderare: premissa totius vita discussione, & exomologesi facta, ad Christi arcana admissus est. Rogare hic cœpit multa acutissimè de tremendo hoc, & humanam capacitatem excedente mysterio tanta dexteritate, ut vel doctus aliquis non potuisset luculentius. Inter cetera querebat de modo cōuersionis panis & vini in CHRISTI corpus & sanguinē. Item qui fieret, ut idē corpus in diuersis consistere posset locis, & similia, quæ me ad stuporem adegerunt: Nec (quod magis mirum est) quò dubius hæreat, verum ut sciat, quo modo credendum sit, hæc proponit. Verum quæ in hanc rem à me dicta sunt, ita sagaciter apprehēdit, ut nihil supra: alijs eadē quæ apud nos audierat, postmodū referens. Ex huius ingenio reliquorum coniecturam facere licebit. Sanè Iapanibus in rerum diuinarū apprehensione ingenium & industria non deesset,

Adolescentis Iapanis insignis pietas, & rarum ingenium.

esset, si esset modò qui fidei satis mysteria  
 eis enuclearet. Tanto quoq; ordine & me-  
 thodo sua peccata in Exomologesi enume-  
 ravit, ut in admirationem rapuerit sacer-  
 dotem, qui etsi plurimum excipisset variarū  
 regionum hominum etiam literatorū con-  
 fessiones, nullius tamen unquam tam or-  
 dinatam. Ipso quoq; sacra cōmunionis die  
 tantam lachrymarum vim cōmunicaturus  
 fudit, suspirans identidem, ut cuiusque ob-  
 duratum cor emollire, & ad collachryman-  
 dum moueri potuerit: nec à lachrymis, do-  
 nec sacrosanctum Christi corpus sumpsisset,  
 temperarit: ante tamen sacri cibi sumptio-  
 nem, manibus sursum ad cælū sublatis, ser-  
 monem habuit de eximijs in se collatis be-  
 neficijs, & magna Dei misericordia: primū  
 quòd è nihilo creatus esset, tum redemptus  
 Christi sanguine, & à seua, in qua gentilis  
 detinebatur, seruitute, in libertatem Chri-  
 stianam vendicatus: atque huiusmodi plu-  
 ra tum pro tempore elocutus est tam synce-  
 re, tantoq; seruore & mentis affectu, ut nō  
 intersuerit (quamuis multi essent) qui vel  
 se à lachrymis temperare potuerit, vel cum  
 ipso

Dexteritas in rebus agendis.

Afflictiones voluntariae Iapanum.

ipso vbertim lachrymas non fuderit. Hic verò in transscribendis modò quibusdã concionibus occupatur lingua Iapanica cõscriptis, memoria ea mādaturus, ut populo explicet, ac concionetur. Sacrarij curam gerit, (cuiusmodi vos mystagogum sare appellatus) atque in alijs munijs versatur, si qua iniunguntur, omnia tanto iudicio, prudentia, & sollicitudine gerit, ut virum potius quàm puerum referre videatur, & quidem talem, qui multos in Societate annos exegerit. Hunc quãso preces vestra Deo plurimum commendent, si enim perseuerauerit, plurimum ad fidẽ Christi longẽ lateq; diffusandam conferet.

Ceterum ut Iapanes confessionibus peccatorum dediti sunt, ita quoq; nõ minus acerbis afflictionibus, vera pœnitẽtia indicis, potissimam diebus Veneris veluti videntur delectari, dũ Christi flagella, publicè se cadentes, multi cõmemorant, nec pauci priuatim, idq; diebus tum Dominicis, tũ festis, magno populi concursu, ita ut templum interdum vix tantum numerum capiat: unde fit, ut summo mane sub auroꝝa  
pro

pro foribus multi loca præoccupati adfuit.

Sacrificio missæ primò omnes assistunt, dein tanta attentione ac silentio concioni intersunt, ut vel hinc satis beneficij sit, cui pares Deo gratias agamus. Vesperis verò iisdem diebus Dominicis, ut dixi, & festis, privatum veniunt, tria quæ in quibus potissimum sese exercent, deligunt: primum ut summam Christianæ doctrinæ auditam in memoriam reuocent, quo sanè multum proficiunt. Tum ut elemosynas in usus pauperum, emendosque mortuorum loculos, maximè qui pauperes sunt, colligant. Postremò ut is, apud quem conuenerint, omnes conuiuio excipiat, longè tamen alio quàm Rex Assuerus: nihil enim præter pauculas herbas, & modicum orizæ coctæ apponitur: nec mirum videri debet tantillo contentos esse, nam legem tulere, ne hæc mensura excedatur, alioquin cum natura sunt magnanimi, & curta supellex, si cõcedatur liberalius agere, nihil reliquum facerent. Verùm hæc instituta lege, & officium tuentur, & repropè nihili charitas fouetur inter Amāgucenses, & aliorum locorum Christianos, ubi

nemo

Attētio.

Concios  
num re-  
petitio.



nemo nostrum agit.

Spectacu-  
la sacra.

Viginti circiter ante Natalem Domini diebus indicauimus nobis gratum fore, si aliquod spectaculum adhiberent ipsa sacra nocte, qua Christus natus est, quod sanctâ aliquam recreationem pijs mētibus adferret: nihil tamen eis præscriptum est particulatius. Ipsi nihilominus rē habentes cordi, ex ijs quæ ex sacra scriptura audierant, actionem non minus ingeniosè quàm doctè commenti, occasionem Dei laudes celebrandi non contemnendam dedere.

Principio lapsum Adæ & Eue, & spem redemptionis lapsi generis humani ob oculos posuerunt: arbore in medio tēpli, quæ mala inaurata ferret, constituta, ex qua Lucifer structis insidijs Euā decepit, scripturis suis in locis rei conuenientibus, Iapanica lingua adscriptis, quæ res ad eò appositè accommodata fuerunt, ut nullus in templo fuerit, ne quidē exceptis minimis, etsi latitia dies esset, qui non lachrymas effuderit. Addita etiam fuit post lapsum, & Dei offensionem, eiectione per Angelum e paradiso, res quæ multo magis ad lachrymas prouocauit.

Tertio

Tertio prodibant infelices non sine doloris  
 significatione, vestiti ijs quas Deus mini-  
 strauerat vestibus. Quibus subito apparuit  
 Angelus consolās eos, & in spē erigens, fore  
 tempus quo humanū genus aspiciēs Deus,  
 ipsum redimeret, et ad cælū aditū redderet.  
 Posthac auditus Angeli verbus, consolatione  
 plenis, orta est & in plebe non parua cum  
 lachrymis letitia: atque hoc modo huic sacra  
 Comœdia Catastrophe imposita est, nō sine  
 Musico concentu. Secuta est hystoria Salo-  
 monis, & duarum matrū de filio contendē-  
 tiū, quod nō ab re, & sine iudicio factū est,  
 ad crudelitatem mulierum huius regionis  
 retundendam, qua (immane dictu) recens  
 ex se natos trucidant, lege neglecta natura-  
 li, que etiam cum hominibus brutis com-  
 munis est in fœtus. Insuper præclara edidere  
 spectacula, potissimum nuncium illum An-  
 gelicum, letitia plexum, de Christo nato ad  
 Pastores, ut Christum viserent, adhortans.  
 Adhæc extremum Christi cum summa  
 gloria, & triumpho, & iustitia, aduētum ad  
 iudicādum vniuersum orbem terrarum ex-  
 hibuerunt. Nos etiam ipsa circumcisionis  
 die So-

Iudicij Sa-  
 lomonis:

Christi  
 nati.

Extremū  
 Iudicij,

Festū no-  
minis Ie-  
su.

Purifica-  
tionis.

Quadra-  
gesimæ  
exercitia.

Iapanēses  
conciona-  
tores.

die Societatis festum renouatis sanctis de-  
siderijs celebrantes, holocaustū Christo pro  
more obtulimus, ingentem multitudinem  
Christi mystico cibo, sacra, inquam, Eu-  
charistia pauiimus. Ipsam quoque Purifica-  
tionis immaculate Virginis diem solita ce-  
lebrauimus ceremoniarum solennitate, ce-  
reos populo lustrauimus, quibus ad vim tē-  
pestatis, & apud agonizantes uterentur  
sollemnis quoque supplicatio careis plurimis  
accensis instituta est.

Quadragesimali verò tempore Damia-  
nus Iapanensis singulis Mercurij diebus de  
pœnitentia ad populum concionatus est. Ve-  
neris Eduardus de Passione domini, osten-  
sag, imagine Crucifixi, ad lachrymas popu-  
lum excitauit. Sub finem verò tanto ani-  
mi ardore Christi flagella celebrârunt, ut  
nulla contentione ferè vocis, aut eris soni-  
tu potuerit illorum feruor sopiri. Dominicis  
diebus alius Iapanensis concionatur, alius  
Euangelium diei explicat, & alijs quibus-  
dam diebus de mysterio venerabilis Sa-  
cramenti in gratiam ipsorum, qui Christi  
arcana frequentant. Celebrauimus etiam  
sacra

sacre hebdomada officia non sine seruore  
 & populi fructu: ipso die cœna dominica  
 circiter 80. sacram Eucharistiam sumpsere  
 in sepulchro Dominico, adeo magnifice ap-  
 parato, ut cum Goensi certare possit. Ap-  
 paratus quoque factus est mysteriorum  
 passionis Dominica, addito cuique versi-  
 culo arcana explicante, lingua Iapanensi.  
 Templum quoque vario ornatu, & forni-  
 cibus triumphalibus more Romano instru-  
 ctum, appictus etiam aliquot passionis ima-  
 ginibus. Instituta quoque ex atratis, & in-  
 fulis ornatis pueris, supplicatio lugubris,  
 qua immolati CHRISTI mysteria cir-  
 cumferebantur, in medio crucis vexillum.  
 Subsecuta est magno numero reliqua plebs  
 Christiana, flagellis terga cadens. Vbi ad  
 Altare sacrosancti Sacramenti ventum est,  
 is qui crucem Dominicam tulerat, idiomate  
 Iapanesi, de crucis vi verba ad populum fe-  
 cit, tanto animi zelo & efficacia, ut nemo  
 fuerit, qui se à lachrymis temperauerit. Deinde  
 quilibet ex ordine suum quod depictum ge-  
 rebat mysterium, explicauit, adiecto in fine  
 ad S. Christi corpus colloquio, quo ipsum  
 dicitur Salua-

Sepulchrum  
 Christi Do-  
 mini.

Passio  
 Domini  
 exhibitio.

officio lae-  
 chrymo-  
 sa.

Flagellatio.

Saluatorem cōpellantes, supplices rogārunt, quemadmodum amore in humanum genus immenso homo factus, nostras miseras tolerare voluisset, ita eadem charitate faceret meritorum suorum participes. Postremò sanguinis Christi effusiones, eiusque flagella re ipsa celebrārunt: inde ad insignem Crucifixi effigiē inuē est ante Nosocomiū sitam, tota Christianorum caterua sequente, non sine grandi planctu & lachrymis: ubi eadē ferè qua in templo gerebantur, immutādo duntaxat verba, qua tum locus postulare non videbatur: nec paucioribus cum inuentium lachrymis, omnia enim erāt huiusmodi, qua ad planctum facile cōmouerent. Deinde circa meridiem duo armati milites sepulchro adhibiti, q̄ custodes olim ad dominū sepultum excubantes referēbāt, adeoq̄ multi passionem Dominicam celebrārunt, ut vix hora ad mediam vsq̄, noctē lapsa sit, quin aliquot aduentarēt atrati tecta facie, spineis coronis redimiti, nō sine flagellis pœnitentiā peccatorum agentes, tantumq̄, in ysdem feruor potuit, ut inter sepulchrum & crucē terra sanguine respersa fuerit.

Flagellations.

fuerit. Hinc Firādinus quidā Christianus  
 hacre utiliter permotus, ad suos in hac ver-  
 ba scripsit: Gratissimum mihi fuisset fratres,  
 si Bungi fuissetis sacro illo die, quo Christi  
 Saluatoris nostri mors, quam amore nostri  
 excitatus subiit, celebrata est: fieri enim  
 non posse mihi persuadeo, ut malus quispiā  
 Christianus sit, qui huiusmodi interfuisset  
 spectaculo. Illa enim sacra nocte omnia ad  
 planctum excitabant, adeoq; omnes in sese  
 peccata expiātes animaduertebant, ut via  
 sanguine, ut dixi, respergerentur: Accur-  
 rite itaque huc, si quo modo fieri potest. hac  
 ille. Paulo ante mediam noctem concio ad  
 duas horas habita est, de Christo cruci af-  
 fixo, erectione, & primis eius secundiq;  
 in cruce habitis verbis: deinde omnes, in-  
 tra septa tamen Xenodochij, processimus  
 custodibus ad portas admotis, ne gētilibus  
 pateret aditus, & turbationis occasio orire-  
 tur: preit cū tedis, & cereis accensis crucis  
 vexillum sublatum expansumq;, longē pul-  
 cherrimū, & ad pietatē mirē mouens in-  
 tuentes: quo viso Iapanes statim ad flagella  
 accurrunt, nec finem videre erat verberū,  
 d ij donec

Fructus  
 Sacrarū  
 cęremo-  
 niarum.

donec supplicatio tota intro sese recepit:  
 Ipsa verò Passioni sacra die recepto Eccle-  
 sia usu, caremonys precibusq; peractis, in  
 humi stratis tapetibus, ob populi multitu-  
 dinē, duobus in locis Crucifixi imago oscu-  
 lo venerāda deposita est. Sacrosanctū Chri-  
 sti corpus ad altare nō minori planctu Chri-  
 stianorū quā ante retulimus: inde domū  
 mæsti repetiūere, Resurrectionis solennita-  
 tem expectaturi. Die Sabbati careum Chri-  
 stianorum more, prophetijs recitatis, & fon-  
 tem baptismatis sacris verbis consecraui-  
 mus, hūc in modū extractū sanē perquā  
 artificiosē, ut quatuor ē locis aqua sancta,  
 non aliter atque si verus fons fuisset, ema-  
 naret, quatuor flumiorum instar qui ex pa-  
 radysō oriuntur. Summa, letanijs recitatis,  
 campanarum sonitu edito, & sacro factō,  
 domum iuerunt, ad sanctam Pasche solem-  
 nitatem sese parantes. Quæ ubi aduenit,  
 duabus ante lucem horis statim à campa-  
 na sonitu, cū porta aperirentur, multi  
 Christi fideles ad ianuam præstolabantur.  
 Tum pueri ydem qui ante atraii, candidis  
 modō vestiti, & rosis floribusq; redimiti,  
 latum

Christi  
 in Typo  
 crucis ve  
 neratio.

Carei &  
 fontis cō  
 secratio.

Resurre  
 ctionis  
 Domini  
 celebri-  
 tas.

letum contra quàm prius exhibuerunt spe-  
 Etaculum. Ad sepulchrum quod in templo  
 erectum erat, duo assidebant Angeli, alii  
 fulgentes, arboreſq; in circuitu erant virètes:  
 factog, sacro iterum supplicatio instituta est,  
 in qua magnificentissimè sub tentorio por-  
 tatili pretioso admodum, & in altum eleva-  
 to, sacra Christi Eucharistia circumlata est:  
 puelli verò illi candidati resurrectionis my-  
 steria auro depicta ferebant, triplici catus  
 melodia cõuenientes, & nõ sine iubilo idẽ-  
 tidem alleluja canentes cum illo versu, Lau-  
 date Dominum omnes gentes. Et: Dic no-  
 bis Maria &c. atq; hoc modo ter circum Cru-  
 cẽ Dominicã itum est: dein solita religione ad  
 templum rediẽre, cõmunicantes Christi my-  
 sterys, sacrum corpus in cibum anima multi  
 Christianorum leti nobiscum sumpsere. Dein  
 prodit B. Maria Magdalena è loco sepulchri,  
 obviam habens D. Petrum & Ioannem,  
 rogantes: Dic nobis Maria, quid vidisti  
 in via? Quæ referens reliquos versus, se-  
 pulchrum & lintea, quibus Christi corpus  
 erat inuolutum, eis ostendit. Pueri quæ  
 gerebant depicta mysteria, suo idiomate  
 d iij                      populo



populo explicuerunt, quicquid Christo in sua  
 immolationis die fuerat ignominiosum, &  
 afflictionibus grauissimis plenum, iam ver-  
 sum esse in summam gloriam & consolati-  
 onem maximam, non solum ipsi, verum  
 etiam omnibus in ipso pie viuere, ipsiusq;  
 sequi vestigia volentibus: Idq; adeo dextere  
 & religiose, ut ij qui lachrymas maestæ ipsa  
 Passionis die fuderant, modo ab iisdem pra-  
 nimia letitia se non temperauerint: nec mi-  
 rum, nam & ipsis qui agebant, pueris, dum  
 verba proferrent, lachryma ex oculis eru-  
 perunt. Cōcio, quod defatigati per huiusmo-  
 di sacros labores essent omnes, nulla habita  
 est, sed in sequentem diem, quo etiam bap-  
 tizati fuere nonnulli, reiecta est. Habitu  
 cum magna omnium pietate, de salua-  
 tione generis humani spectaculus, duo Chri-  
 stiani triennio & amplius mutuo odio fla-  
 grantes, facile reconciliari se passi sunt, &  
 in mutuos amplexus cum lachrymis ruen-  
 tes, veniam utring, postulârunt. Quod sanè  
 factum alijs exemplum praeiuit, præcipue  
 quod alter magni nominis & authoritatis  
 esset heres primogenitus cuiusdam Chri-  
 stiani,

stiani, qui suis impensis in templum Bon-  
gano maius, & excellentius, regiam quan-  
dā Cutami conuerterat, quæ ciuitas 27. Bō-  
go miliaribus distita, modo à ducentis Chri-  
stianis frequentatur. Qui ei loco præest, So-  
cietati amicus est.

Ratio nostra sepeliendi Christianos tum  
à Gentilibus, tum baptizatis ipsis summo-  
perè probatur, multosq; ad meliora hortatur,  
quòd tam pauperibus, quàm diuitibus solē-  
ni pompa, quæ tamen nihil nisi pietatem re-  
ferat parentem: pauperibus enim domus,  
quæ in gratiam ipsorum exstructa, à miseri-  
cordia ob id nomen optimo iure adeptæ est,  
suppeditat. Atqui ut omnia referam, hic fe-  
rè mos & consuetudo in funerando inoleuit.  
Simulatq; quis decessit, campanæ sonitu cō-  
uocantur Christiani, qui mirum dictu, quā-  
ta alacritate accurrant, etiā qui quinq; mi-  
liaribus à domo funebri absunt, cum primū  
perlatū est, quanta cum religione suo quisq;  
officio mortuis ministerium impendat. Ca-  
pulo itaque cadauer candido linteo inuolu-  
tum imponitur, velo nigro candida cruce  
insignito tegitur: dein antequam efferatur,  
concio

Diuitib<sup>9</sup>  
cum pau-  
peribus  
æqua pa-  
rentandi  
ratio.

concio tam ad Christianos, quàm gentiles  
 si qui fortè intersint, de morte hac, caducaq;  
 nostra natura habetur: dein de ea qua in  
 aeternum duratura est morte, aliquid adiū-  
 gitur. Hac finita, solitis vsi ceremonijs cum  
 funere prodimus, crucisq; vexillum praefer-  
 tur, sequitur deinde funus, accensis cereis,  
 litaniis inter eūdum lintea exterula ami-  
 eti quaterni canimus, respondentibus om-  
 nibus ferè Christianis, vnà enim omnes in  
 funus prodeunt, donec ad locum sepulturae,  
 quem extra urbem delegimus, ventum sit  
 (Bōgi enim haectenus cœmiterio caremus)  
 qua in re Firandini & Amanguccini sunt  
 nobis feliciores: vbi consuetis Ecclesie ca-  
 remonijs preces pro defuncto peragimus.  
 Qua res, mirum dictu, quantum etiam ip-  
 sos gentiles excitet, quibus mos est vocatu  
 suis Bonzis magno numero post orationes,  
 & multas ceremonias mane circa demor-  
 tuos studium, oleum, quod aiunt, & operam  
 perdere: eaq; res tanti habetur, vt qui sunt  
 tenuiores, sua malint oppignorare, quàm  
 sumptuosius carere parentationibus, moti po-  
 tius cōsuetudine antiqua & fastu mūdano,  
 quàm

Funeris  
 Bonzos  
 rū pōpa.

quàm quòd animam immortalem arbitrentur: tantig, has faciunt pompas, ut quidam Christi noluerint sacro baptisinate ablui, quòd, ut existimabant, nos mortuis iusta hac pompaq, nò exhiberemus, adeoq, mordicis his addicti sunt, ut non sine negotio, etiam Christiani facti, ab hac superstitione animum auertant. Verum videntes modò Christianos suo hac in re officio non deesse, rationes quoque adferre efficaces, id muneris ad charitatem pertinere, decereq, corpus quod Christo domino obsequia exhibuit, quodq, in gloriam maximam resurrecturum est, huiusmodi honore dignum esse, sit ut & constantiores reddantur, & in magnam fiduciam erigantur Christiani: Gentiles verò qui male de nostra religione sentire solent, nobis & sint equiores, & Christi dogma amplectantur, dum vident quanto cum honore etiam cadauera filiorum suorum, aut etiam parentum humemus. Quare nobilis quidam vir, nomine Michael, qui Christi sacris aquis ante annos 5. lotus, quinto Augusti, quo tempore aestas hic maximè virget, diem obiit. Hic, inquam, dum in loco, qui Bon-

Egroti  
cōstātia.

qui Bongo unicus diei itinere, aut eo amplius aberat, iam iam sese moriturum sentiret, uxori & filijs, parentibusq; mandauit, ne ad sua funeralia Bonzos vocarent, sed Bongum ad domum (ut vocabat) Dei nūcium mitterent, inde qui se inhumarent, venturos: ad nos venit, accedimus, & quadriduo obysse offendimus: nihil tamen gentilium more circum ipsum actū fuit, quod hoc enixè à suis rogasset. Huic obijci versus ille non potuit: Villa, domus, uxor, cœnam clausere vocatus. Quandoquidem nec mundi gloria, nec parentum gentilium importunitas, nec etiam quibus abundabat diuitia, ad pomposissima funeralia celebranda efficere potuerunt, ut se excusatum exclusum à cœna illa æterni regni voluerit, satius ducens, Christiano & pauperum more sepeliri, quàm gentilitio fastu. Importuna tamē uxor importuni filij toto ferè morbi decursu, ipsum ut sanitatis recuperandæ gratia veneficos aduocaret, tantum non obijdebant, verum ad Idololatriam induci se rursus non est passus: quam insignem viri constantiâ, uxor ipsa, & filij gentiles fratri nostro

nostro Eduardo, qui eo cum 3. Iapanibus missus erat, non sine virtutis admiratione retulerunt. Postquam verò Christiano ritu sepultus esset, ad concionem parētes & vicini venientes, ad meliora erecti, non parum ipsis de rebus nostris satisfactum est, motiq; ad fidem nostram amplectendā imprimis vxor & primogenitus, qui sese Bōgum, baptismi gratia, postquam orationes Christianas edidicissent, v̄turos promiserunt. Det ijs Christus Dominus, sanguinis sui fiant participes. Parentalia verò hac & medicamenta quæ miscemus, quæq; in Nosocomio exercentur opera, maximè homines gentiles ad Christi fidē impellunt, Christianorum constantiam augent, & in religione profectum.

Tria Iap  
panes ad  
Christū  
impellūt.

Vigesimo secundo May ad nos venēre Facatenses viri honorati, quorum alter totam familiam ad baptismum adduxit: Alia tamen aduentus causa longè maior, & diuinis offerenda laudibus fuit. Nimirum ut significarent à ciuibus Christi fidem desiderari, rogarentq; si quosdam, qui Deum legem explicarent, mittere vellemus.

Facatēsi-  
um cons-  
uersio.

Attu.

Attulere & literas ab opulento quodam Firandino, qui Facate habitabat, usq; præterquam quod se templum suis impendijs exstructurum reciperet, etiam atque etiam, ut Christi Evangelium ibidem promulgaretur, rogavit: Quamobrem Pater videns sibi tantam præberi id perficiendi quod iam dudum conceperat, occasionem, modò aliquos eò mitteret: eam utraque arripuit manu, misitq; Aloysium Almeidam: qui ubi primum appulit, à Christianis exceptus, puerulos aliquot baptizavit. Cæpit deinde Evangelizare magno hominum concursu, tamen si intra decem dies sexaginta duntaxat Christo lucrifecerit. Conferens inde se Firandum, in reditu eos baptizaturum cum alijs quos ad id idoneos iudicaret, recepit. Latius ipse omnia perscribet, ut & ex ipsius literis hæc certius cognoscatis, & divinam clementiam magis ob tanta beneficia laudetis, quæ in convertendis Firandinis, finitimisq; populis tantum non præsens videtur nobiscum occupari.

Anteaçto anno 1560. sub Octobris finem scripsit Vilella Meaco de Bonzororum & quo-

& quorundam nobilium contra se, ut urbe  
 pelleretur, coniuratione. Quorum furori ad  
 tempus cedens, apud Christianum quendam  
 delituit: qua res in magnum cessit bonum:  
 Receptus enim denuò fuit, vel inuitis Bon-  
 zis, ad suam Ecclesiam, varijs à Rege priui-  
 legijs fide publica munitis: amplamque E-  
 uangelij segetem vobis metendam compa-  
 ravit. P. Cosmas Torres minutè adeo gra-  
 phicèq; depinget omnia, ut & vos huc ad-  
 uolare, sat scio, gestiatis: ac periculum sit, ne  
 Indiam deserere velitis. Modus quem in  
 Christianorum augendo numero, Eccle-  
 siamq; Dei amplificando seruamus, hic ferè  
 est. Postquam aliquantulum instructi sint,  
 periculum facimus, an capiant res nostras,  
 idq; varijs interrogationibus, & hoc solum,  
 donec referre valeant, quid ipse Deus sit,  
 aut quomodo ad ipsius notiam deuenerint.  
 Deinde rationibus varijs anima immorta-  
 litatem inculcamus: his bene intellectis,  
 mundi, Angelorum, primi hominis creatio-  
 nem, & horum lapsum proponimus.

Deinde necessarium fuisse, ut secunda  
 in Deum persona ad hanc miseriarum  
 uallem.

Ratio au-  
 gendi  
 Christi  
 fidem.



vallem, quo nos liberaret, assumpta ex virgine humana carne sese demitteret: horrenda pateretur, victimam sese in cruce praberet, ac tum resuscitaretur, tandem ad cælum victor mortis ac triumphator ascenderet.

Decalogi explicationem adiungimus, quam seruandam esse ex lege naturali, etiam non promulgato Euangelio cuilibet docemus.

Dum hæc aguntur, Orationem dominicam ediscunt, Salutationem Angelicam, Canticum vespertinum B. Virginis, atque hoc pacto instructos demum baptizamus. Qui-

dam verò hæc quæ requirimus, octo, alij 10. alij 15. dierum spacio percipiunt, polleat enim ingenio. Sunt qui antequam abluantur, ad unum, aut duos menses concionibus

audiendis, & orationibus ediscendis apud nos vacare cupiant, unde fit continuò, esse qui ad baptismum Christi admittantur, yç.

sicuti Iapanes plerique magna constantia præditi, quicquid ne ad latum quidem unguem, etiam si cælum terra misceas, à semel concepta religione dimoueantur. Domesticorum

verò exercitia sunt huiusmodi: vna ante lucem hora, dato pulsu, omnes ad orandum sese

Domeſtica exercitia pietatis,

sese componunt, dein ad sacra missa sacrificium eunt: ubi verò doctrinam Christianam recitarunt pueri, iterum ad orationem conuertimur. Dum prandetur, legitur aliquid, quo neque mēti suum desit pabulum, aut concio habetur, quibus cum prandio absolutus, leguntur aliquot regulæ, cum leui addita enarratione, ac virtutis tractatu: dein quisque illi rei se applicat, quæ sibi ex officio incumbit. siue scribendum sit. siue legendum, aut in linguam Iapansensem quicquã transferendum. In quo adeo iam laboratum est, ut Evangelia omnia, & conciones totius anni vulgari idiomati donata sunt (res apud primè utilis concionatoribus) aut Gētilibus aliquid nostræ legis enarrandum: Nunquam enim isto tempore desunt auditores, etiam ex Amangucco, Facata, Firando, qui huc commeant, aut hospitantur, vel confitendi causa, vel ut Christi quam adepti sunt gratiam foueant: aut altiori doctrina Christiana pueris explicanda (quod sit ad duas horas) alteri denique apud infirmos in Nosocomio concionandum. Domum reuersi orāt, dein ad propria munia quisque, dum cœna

e            tempus

tempus sit, reuertitur. Inter cœnandum puerorum, aut nostrorum aliquis concionem habitam, quam memoria mādauit, recitat. A cœna verò communes aliquot referuntur regula, breui rursus adiecta explicatione, & in memoriā reuocant nonnulla de meditationibus diurnis: & si quid boni est, in commune conferunt. Inde litania dicitur. Postremò hora insumpta actionum discussioni, & meditati somno nos damus, dominum orantes, ut in ipso vigilantes mori animæ euitemus. Interdum tam nos quàm pueri, qui scholas frequētāt, Christi passionē meditamur: idem præstant ciues Bongani, qui statim ad aris sonitū, siue in templo tūc temporis fortè sunt, siue in suis adibus, orationi se dant: & qui meditationis ignari sunt, quinquies orationem dominicam, totidemq; salutationem Angelicam repetunt.

Rerum temporalium cura penes Ludovicum Almeidam est, qui circa Augusti finem Firando, quòd febrī & ventris fluxu laboraret, redijt: & nunc eisi meliusculè valeat, cum morbo conflictatur, Deo propitio conualefcet, ut gratia talentaq; quibus præditus

præditus est, cedant in commune Christiani-  
 vitatis commodum: ad fidei enim negotium  
 in his regionibus, quæ operarijs miserè desti-  
 tuitur, natus videtur. Eius officia domestica  
 Iapanibus, qui apud nos degūt Rector com-  
 misit, manè eis præscribens, quantum toto  
 die agendum sit: eiq; vesperi rationem red-  
 dant eorū quæ egerunt, nostro more hi quoq;  
 orant. Solebamus nos molam vertere, fru-  
 mentumq; molere, aut orizam pistillis tun-  
 dere: cuiusmodi exercitijs non leuiter vires  
 corporis augeri percipimus. Verum in Iapa-  
 nensem iuuentutem, ne otio torpesceret, pe-  
 riretq;, quicquid vtile, & sanitati conducēs  
 habebat, hoc laboris reycere fuimus cōpulsī.  
 Tempła quæ in Iapania iam nuper erecta  
 sunt, hæc sunt: Meaci vnum, ubi P. Gaspar  
 Vilella degit. Sacaiæ aliud, nemo tamen no-  
 strum ibi agit. In alio loco qui 40. leucis Sa-  
 caiæ distat, de alio erigendo iam dudum  
 agitur. Nobilissimi viri, qui ad Christū con-  
 uersus est, opera, ob eam rem aliquem ex  
 nostris aduentantem præstolatur.

Amangucci domus nostra ab inimicis  
 crucis Christi exusta est: solum quoque in  
 alterius

Tempła  
 noua.

Dōmus  
 Societatis Amā  
 guccana  
 exusta.

Aman's  
guccano.  
rum con  
stantia.

alterius venit potestatem: veruntamen no-  
uum erectum est templum, communi Chri-  
stianorum sententia, locum ditior aliquis ex  
ijs concessit. Necdum tamen nostrum ali-  
quis eo missus est: quod is in cuius potesta-  
tem venit, Regi Bongano aduersetur, ab eoq;  
breui spero capietur: Iam enim multi mili-  
tes eo sunt profecti, missis tamen aliquot  
imaginibus, spes data est veteros quosdam,  
ut primum rumores, aut bella cessassent.  
Tantum fuit horum erga Christum studiū,  
cum pastore carerent, ut dominicis diebus  
antequam templum haberent, soliti sint a-  
pud eum qui inter ipsos doctior habeba-  
tur, quod magnam scripture sacre partem  
patrio idiomate haberet traductam, conue-  
nire. Hinc etiam & concionari ad populum,  
& infantes baptizare minimè veritus est,  
habita ad huiusmodi peragenda à Patre po-  
testate. Maiores quoq; in rebus fidei cate-  
chizabat, ab Idololatria omni studio auel-  
lere, suos deterrendo, & ad veram Dei fi-  
dem eos traducendo sedulo studebat, adhor-  
tans quoque ut baptismi causa ad nos sese  
conferrent. Hinc factum est, ut plurimi  
fuerint

fuerint Amangucci Catechumeni, partimq;  
ad nos venerint, ut baptismum susciperēt:  
inter ceteros duo tam ardentē, tantāq; ani-  
mi constantia Christi fidem sectabantur, ut  
inuitis parentibus biennio perseuerantes,  
orationes, & res nostra fidei ad unguem  
edidicerint, tandemq; magna animi sui cō-  
solatione religiose admodum abluti sint.

Facata quoque templum opera Baltaza-  
ris Gagi erectum est, sed magna ex parte  
ortis belli tumultibus destructum: paulo ta-  
men post Christianorum opera & restaura-  
tum, & egregiē excultum. Agitur & de  
templo in quodam alio loco. Firandi verò  
quinque numerantur. Cutami satis magni-  
ficum iam erectum est: distat autem hinc  
27. miliaribus. Similiter Cangassima, in quē  
portum primūm B. P. Franciscus appulit,  
præter bene paruum, & ex paucis viuis la-  
pidibus constructam Ecclesiam, templum  
aliud non est, tametsi quidam ibidem ma-  
gistratum gerens, ad nos conquerendo scrip-  
serit, mirari se quid in causa sit, quo minus  
Lusitani eo veniant. Cui responsum est:  
Ut cum eo qui ibi præst, de templo agat, fa-  
citate tē-  
plum re-  
paratum.  
Alterius  
tēpli cō-  
structio.  
Firandi,  
s. tēpla.  
Cutami  
num tem-  
plum.

cultateq; tuto predicandi, in vniuerso regno  
 non desore Lusitanos, qui eò veniant: sed  
 fidem ibi publicam obtinere difficile est.  
 Postremum verò Bonganum est, operatio-  
 ni quod aliud, mirè inops. Hæc & similia fra-  
 tres charissimi, vos huc euocare merito de-  
 bent, nec alio fore opus est, quam ut quam  
 citissimè veniatis, vosq; urgeat P. M. Cos-  
 ma Torrensis canicies, qui etsi in senili cor-  
 pore robustum gerat animum, præter opi-  
 nionem tamen, cum ipsam cœlestem pro-  
 uinciam petet, & hoc destituemur. Quocir-  
 ca quantum possum, vos per Christi immē-  
 sam, qua nos prosequutus est, charitatem  
 obtestor, ut nos precibus vestris, sacro-  
 sanctisq; sacrificijs diuina sua  
 M. commendatus. Bongi  
 8. Octobr. 1561.

Ex Iussu R. P. Cosmæ Torris

Seruus inutilissimus in Christo

Ioannes Ferdinandus.

EX EPI-

EX EPISTOLA LAURENTII  
ad Prouincialem India, & alios  
Societatis Fratres.

## A R G V M E N T V M.

PRoficiscitur ad Primarium Bonzorum, qui Christi doctrinam ambiebat: quem cum mortuum inuenisset, Vilella alijs Bonzis Christi legem explicat, cumque metu mortis eam non amplectuntur, Magnam Mæcum petit, & à Gozone vniuersæ Iapaniæ Rege humaniter excipitur. Cauetur ne quis legis Dei præcones offendat: multi multarum sectarum doctiores Bongis ad Dei verbum & disputationes venientes, vel vitæ vel conuersi recedunt. Primarius quidam nobilis baptizatur: ridiculè diuorum cathalogo quidam Bonzus ascribitur, dein Christum colit. Bongorum magistri in hoc conueniunt, quod dicant Dei legem fundamentum esse sectarum suarum: adeo vt Christum iam accedunt. Sectarum quidam pericialicita docet, alij homines in bruta vitæ post mortem, & lupum adorant, vt in ipsum porius, quàm aliud animans verentur.

Spiritus sancti gratia sit  
semper in vobis





**M**ULTVM me literæ re-  
 creârunt, ut hinc facile con-  
 jiciam, vos quoque rerû hic  
 restarum in promouenda fi-  
 de memoria delectari. & ad  
 simile factum incitari. Cùm peruenissemus  
 ad montem illum multis Bongorum mona-  
 sterijs, necnon ipsorum antesignano, & do-  
 ctoribus totius Iapania celebrem (Fionoi-  
 sma nomen est) ad Bonzum Daiembû, ad  
 quem literas habebam, accessi: quibus ille  
 lectus, & causa nostri aduentus cognita, re-  
 spondit dominum suum, & praeceptorë, &  
 aliorum ibidem agentium primarium, qui  
 fide Christi imbui desiderasset, è viuis ex-  
 cessisse: se verò nihil vel imperij, vel autho-  
 ritatis in eam rem conferre posse, ut ad fi-  
 dem inducantur, ut qui priuatus in mona-  
 steriolo quodã degeret. Postridie M. Gaspar  
 Vilella hominem quoque accessit, quo cum  
 & alijs ipsius decem discipulis familiariter  
 multa de rebus fidei tractauit, & quidem  
 sælscissimè: arridebant enim omnia.  
 Verùm se eam amplecti, vel profiteri aude-  
 re negabant, nisi apud magnum Bonzum  
 Fionoi-

Fioniamatanum prius hac de re egissent: spem esse ut per virum quendam nobilem eò deduceremur. Verùm is negavit se hoc laboris subiturum: Quare ad Daicembū redimus, ostendimus ipsi unum esse Deum Creatorem cæli & terra: animam itē esse immortalem. De Angelis quoque egimus, qua omnia attentè quidē audivit, sed vereor ne ad damnationem maiorē, qui metu mortis, ne aut a suis occideretur, aut grauius in vulgus de se aliquid spargeretur, Baptismum non admisit. Monuit tamen Gasparum, ut ad alium, qui inter primarios nobiles habebatur, Fioniamatanum iret, per quem fortē ad magnum Bonzum, qui ipsis veluti summus est Pontifex, admitteretur. Dum & hæc aguntur apud Bonzum, constanter asseueravit se Patrem ad disputationem de legibus & ritibus suis non admissurum, imò ne ad videndum quidē ipsum monasteriū, nisi munus aliquod adferret. Cùm itaq; nulla restaret spes Euangelizandi Fioniamatana, Meacū profecti sumus, ubi quoque 14. dies nullo fructu, quòd omnibus essemus ignoti, transmisimus: quare ades  
esse

Metu  
mortis  
Christi le  
gem non  
amplectū  
tur Bōzi.

Rex quis  
dā Iapan  
niz no  
mine dū.  
taxat.

aliquid  
non est  
quodam  
modo

Bonzi  
multa ad  
disputa  
tionē si  
ne fructu  
cōfluūt.

esse mutandas duximus: nec vanè, maior enim fructus fuit, ac tandem etiam studio Bonzi cuiusdam viri admodum honorati, M. Gaspar ad Regem Gozonem, cui uniuersa paret Iapania nobilitas regnâque, introducitur (Est quidē & alius Rex Bon nomine, præcipuus quoque, sed præter nomen Regium nihil rei sortitus) penes què regni erat imperium. Hic Patrem accepit humanissimè, & in beneuolentia signum ex proprio ciphō ipsi bibendum obtulit.

Visit præterea Mioxindonum, qui à Rege secundus est in hoc regno, fauorē ipsius ambiens. Cumq; rumores spargerentur, carceri Patrē mancipatū esse, præfectus siue Meaci Gubernator edixit, ne quis ipsum offendere audeat: atque hoc modo hi quoque rem Euangeliy promouerunt. Deinde tertio ades mutauimus locum eligentes, ad què etiam maior videbatur futurus populi concursus. Multis itaque tam vulgaribus quàm Bonzis confluentibus disputatum est: nemo tamen verbo Dei fidē adhibuit, sed alij blasphemijs, alij maledictis & sannis impetebant. Aderant & duo Bonzi sectæ Foquexo-

que xorum, qui præ cæteris docti haberentur: quod omnes libros Iapaneses, in quibus de cælestibus, & terrenis tractatur, se legisse iactarent: sed luce clarius euasit nullo niti fundamento omnia que legissent. Bonza una admodum honorata femina sola baptismum petijt, impetrare tamen non potuit, donec in rebus fidei plenius instrueretur.

Adhuc venere ad nos, sed de nocte duo Cungi homines magni in hoc regno nominis, verbi fideique tantum aviditate exciti, qui dignitate quidem Regem Bonganum sperant, non tamen diuitiis & potentia. Hi dum studiose audiunt, cum planè satisfactum ipsis esset, abiere. Baptizatus etiã fuit quidam Amanguccensis Iquimaca nomine, vir maxima nobilitate, una cum 10. alijs.

Itaque rebus paulatim succedentibus, importunitate et minus Bonzorũ cõpulsus est hospes noster nos domo demittere: cessimus. Sed ecce, dum vix ab alijs recepti sumus, maleuolorũ improbitate pueri in nos cõcitantur, odioque accesi, ut saxis & arena nos tantum non obruerent, risibus, scommatis, ludis, denique quibuscunq; poterat modis nos infestarent:

Bõzi Fo-  
quexi cæ-  
teris do-  
ctiores.

Cungi præ-  
cipui pri-  
mates ad  
christi  
doctrinã  
cõueniunt  
nocte.

Vir pri-  
mari<sup>9</sup> cõ-  
alijs 10.  
baptiza-  
tus.

Persecus-  
tio i Chri-  
stianos.

que

Bōzi Va.  
riarum  
sectarum  
disputan-  
di gratia  
accedit.

Secta Mu-  
taxaqui.

Secta Tē-  
daixu.

qua studio, ne sim prolixior, missa facio. Horum insultibus, gratia Dei patientia restitimus, pergetes nihilominus verbū Dei palam usque ad mensem Aprilem exponere, nec frustra: centum enim Christi fidem susceperunt. Accessit quoque nos disputationis causa Fionoiamatanus quidam primarius doctor, vir literatus: qui eisi semper victus abierit, nunquā pertinaciam exuere potuit. Venēre insuper Bonzi de secta illorum, qui Muraxaqui dicuntur, meditationibus, quas profitentur, dediti, astute adeo suas Patri proponentes quæstiones, ut hinc poverit, quāta sit demonū, eorūque quos instruit in perniciē multorū vastities. Sed praevaluit Deus, ut nō sine pudore abeūdum fuerit. Venerūt & alij duo literati experturi quid possent, de hæresi Temdaixu: quibus cū de nostra & ipsorum lege instituta est disputatio, ac tandem victi veram esse Christianorum legem cōfessi sunt. Paulo post alter ipsorum redijt, amicitia signa multa præ se ferens: & post aliquot interrogationes, unum esse Creatorē rerum omnium, animæq; immortalitatem demonstravit.

strauimus. Vnde ipse constanti, & indubitato animo in hac verba prorupit: Doctrinā Xacca inniti materia prima, hoc est, vanā & nullam esse, clareq; sese intelligere, quantum Iapani, qui à scriptis Xacca pendent, procul absint à rei veritate: baptizatus tamen non est. Alius praterea literatus, & in omnibus quos hic habent libris, apprime versatus, volens de dubijs aliquot extricare, post varias questiones, anima immortalitatem, vnum Creatorem omnium intellexit: sed quod esset cæno voluptatum, libidiniq; adeo inuolutus, vt nec cum vna coniuge cōsideret se castè viuere posse, Christi sacris imbui noluit.

Narrabo modo non illepidam, & risu dignam (ni fletu manus) fabulam, veram tamen, & que Dei bonitate sortita est fœlicem exitum. Quidam Bonxus Quenxu nomine, qui in meditationes triginta iam insumpserat annos, duos Meacenses adiit primarios doctores, vt cum ipsis de veritate & fructu meditationis cōferret. Approbant illi, data quoque fide publica, cui propria subscripsere manu, quod

Bōgus fās  
as sectas  
damnat

Veritatis  
cognitio  
non beat.

Quantū  
potest  
peccandi  
consuetudo.

Apotheo  
sis cuius  
dam Bon  
si.

spud

apud eos tanti habetur, quanti apud nos, ut  
dicimus Canonizari: atque una hac re in  
numerum retulere hominem sanctorum Ia-  
panensium. Itaque pro more & gentis con-  
suetudine in cathedra sublimis ponitur: ac-  
cedunt iam dicti literati, & quem cathalo-  
go adscripsere diuorum, adorant primi. Hic  
deinceps alijs præscribebat sententias, qua  
meditari debebant. Curauit quoque in suis  
adibus depingi agrum demessum, atque in  
medio arborem siccam, subscriptis hisce  
versibus:

Sicca precor referas, quis te plantauerit arbor,  
Cuius principium nihil est, nil deinde futurum est:  
Ut quoque nil fuit antè meum cor, nihilque

[futurum est:  
Sed perit assiduo paulatim, & ad vltima tedit.

Bonzi fa-  
ctus.

Et huic pictura sacra subscripserunt li-  
terati. Venit igitur is ad nos, doctrina, &  
sanctitatis opinione turgens, atq; asseruit se  
certo scire, quid antequam esset fuerit: quid  
quoque modo esset, & quid à funere foret:  
et ob id planè se nihil curare omnia que de  
sua salute, modoq; quo saluari posset, dice-  
rentur: nisi forte talia, ut noua quadam ani-  
mi recreandi causa, audire luberet. Verùm  
post

post multa verba, non tantum potuit hominis superbia, quàm Christi bonitas, qui & ipsum sacro baptisinate tingi voluit. Cuius conuersio multorū postea causa salutis fuit, omnes enim hunc Christianum effectum esse, ut inexpectatū fuit, ita nunc summo-  
perè mirantur. Alius etiam Bonzus qui annos 40. in meditationibus triuerat fidē amplexus adeo religiosè se rebus Christianis accommodat, ut tãcti senex sit, nō pratermittat tamen à duobus miliaribus indies venire, ut conciones nostras audiat, semperq; aliquid quod sequatur, & quo melior reddatur, referat.

Eiusdem  
conuert.  
sio.

Quindecim praterea Bonzi Christiani effecti, libris omisus & discipulis, contentisq; patrīs ritibus, quidam ipsorum vni adherere uxori, alij verò castitatem seruare porro in animū induxerūt, quod in Bonzis mirū est, effrenatè enim sunt libidinosi, ideoq; merito Dei laudes magis efferendæ, qui tãtis è tenebris ipsos ad Euāgelij lumē traduxerit. Accessit nos et alius Bonzus Fa-  
rimanus, qui nō solum à piscibus & carnibus abstinebat, sed nec tritico, nec oriza, nec  
bordeo

25. Bonzi  
Christia-  
ni sunt.



hordeo, nec milio, nec ullo genere leguminum, solus herbis & quibusdam fructibus vescens. Hic vouerat docturum se gratis centies millies librum quendam Xacca Fotionis nomine, & id oneris non alia ratione ab se susceptum esse, quam ut saluari possit narrabat. Somniauerat olim, ut retulit, se ante annos 10. cum quibusdam Patribus fuisse, qui ex Chenchiquo uenerant, salutisq; uitam ab his primum accepisse: deinde audiuisset de quibusdam qui à dicto loco uenissent, & Amangucci agerent, ibiq; alterius uitae res publicarent. Auditis aliquot concionibus nostris, Euangelij Christi capax factus, fidem, abiectis votis, nostram amplecti in animum induxit: quod ut facilius assequeretur, in patriam remeauit, de rebus necessarijs (quod imparatus Meacum uenisset) sibi prospiciendum putauit.

Alius quoque non solum de Contemplantium genere, uerum etiam Princeps, adducto quodam alio suorum literato, & concionatore, de nocte occultus ad nos audiendi Euangelij, & sermocinandi cum Patre, gratia uenit: Tandemq; factus est Iapanum leges nullis

ges nullis rationibus stabiliri. Multi præ-  
 terea famuli cuiusdam Cogni, cui nomen  
 Ixendouius, baptizati sunt. Nuper quoque  
 tres primarij contēplatores cœpere nostras  
 frequentare conciones, & ad fidē nostram  
 adeo inclinari, ut post 4. dies apud se sta-  
 tuerint sacris aquis ablui: quorum ad Chri-  
 stum conuersio plurimum attulit auxiliij,  
 tum nouus Christianus, in illis qui ad fidem  
 nostram aliquo modo propensi sunt.

E territorio quoque Meacensi multi ad  
 Baptismum confluxere, famaq; aduentus  
 nostri Bandoum vsq; peruenit urbem, 300. Bandoū,  
 miliaribus hinc distitam, quæ studiorū om- Iapana a-  
 nium Bonzica religionis veluti mater est cademia.

Inuenimus hic Cosimā quendam ante  
 annos sex S. Baptismate ablutum, quē (mi-  
 rum sanè dictū) adeo in fide integrum in-  
 uenimus & religiosum, ut dici non possit,  
 maxime cū semper inter infideles egerit.  
 Is simulatq; de nobis audiuit, accurrit re-  
 lictō patre, matre, & omnibus suis rebus.  
 Christo tã seruit in castitate, per omnia pa-  
 tri nostro obtemperās, det Deus initys parē  
 f exitum

Religiosiores  
Bonzi ad  
Christū  
inclinati,  
In suum  
primarium  
um offensi.

exitum ad maiorem maiestatis suae gloriam. Addam & illud quod sectarij Fochexu, qui praeter ceteris sectis religiosiores haberi volunt, auditis fidei nostrae rebus & viuendi modo, Christianis ritibus perspectis, omne ferè erga suam religionem studium abiecerunt, non parum etiam offensi in Bonzum primarium, quem pari modo cum suo, quem adorant, Xacca prius venerabantur, exprobrantes ipsi Christianorum Patrem castè viuere, uxorum multitudinem improbare, ut quilibet una contenti sint docere, cum ille interim & plures haberet, mercedem quoque pro docendi labore exigeret, quod à Christianorum more esset alienum: Adhuc cum alios ad abstinentiam hortetur, occultè & piscibus & carnibus vesceretur: quare & eicere ipsum monasterio statuerunt, & in ipsius locum proba vitæ pauperem sufficere.

Ex his satis manifestum euadit, Christum ceptis nostris, imò suis fauere magis magisque. Principio enim nostri aduentus, Meacensium quidam nos simias, alij vulpes, tandem etiam demoniacos, & An-  
eropa-

erophagos non sunt veriti appellare.

Accidit quoque nostra in vicinia ignem nescio quem videri, quem nostris incantationibus ascribebant, magos hac occasione nos appellantes, nec Dei, sed demonis propagare leges. Imò verò longè aliter res nostras interpretantur: qui enim de secta sunt Semogogion, dicunt doctrinam nostram esse Heccij cuiusdam, quem ipsi predicant: qui Leuxu nescio quem sequuntur, eam esse Fombeni, quem assiduò in meditationibus venerantur, dictitant. Sectatores verò Foquexi nostram doctrinam à Mio quodam suo, quem colunt, ortam aiunt, qui à Sondoxu dicuntur, Amida nostra ascribunt. Sectarij Xynti nostra Eocuyo suo attribuunt. Summa omnes secta nostram doctrinam fatentur fundamentum esse sue religionis, usque adeo ut parum abesse videantur à legis quam promulgamus, & Creatoris omnium agnitione: confidimus per D E I immensam misericordiam ipsis datum iri gratiam, qua sacrosanctam ipsius Maiestatem agnoscant, ament, & perpetuò laudent.

Bōzi fu  
as sectas  
à Christi  
lege or  
tas fabu  
lantur.  
Secta Se  
mogo.  
gion.  
Hecchi  
prophe  
ta.  
Fomben  
prophe  
ta.

Execran  
da reli  
gio.

*Finem faciam, ut Bonzi cuiusdam qui in Iosu agit, insaniam, & quorundam aliorum retulero, eo venit dementia, ut doceat primum dimicare, ac deinde occultè tradat meditationes, iisque hominibus persuadeat, sine peccato licere etiam patrem & matrem occidere: & ut populus etiam ad malum est admodum proclivis, proh dolor, in tanta insaniam non desunt sectatores.*

Lupus a  
doratur.

*In alia verò vrbe Bonxu secta emerfit, que lupum adorat, rogantque ut in lupos conuertantur, ubi ad alteram venerint vitam: errores hi, & mera insaniam non aliunde nasci videntur, quam ex perfida cæcitate Iapanum religione: multi enim ipsorum credunt se antequam nasceretur, iam olim in mundo fuisse, & post mortem versum in plantas, vermes, homines, & si quod aliud est animiatis genus. In lupos mutari potius desiderant, quod hoc animal alijs terrore sit, ac dominetur: discussis tamen errorum tenebris, sedulo ad Christum se conuertunt. Vos oro fratres mei, in Christo charissimi, ut mei & Iapanum memores in vestris orationibus*

tionibus suis, & id ipsum à Christianis alijs  
contendatis per Christi sanguinem precor,  
vestris enim precibus hisce in regionibus  
planè est opus.

Meaci 2. Ianuarij 1561.

Indignus in Christo frater vester

Laurentius.

EX LITERIS ALOYSII

Almeida ex Iapania 1. Octob.

Anno 1561.

ARGUMENTUM.

Bonzorum odium in Vilellam nonnihil re-  
missum significat: varietatem sectarū i Iapa-  
nia refert. Vilella præterea ad Saquaiā pro-  
fectionē, eiusdemque magnitudinem: causas  
insuper quare Meaco relicto eo profect⁹ sit.  
Bonganorum poenitentias & strictā viuens  
dicationem: variorum fessorū deuotam ce-  
lebrationem: Puerorū famulorumq; seruo-  
rem. Narrat præterea se Facatā missum, tem-  
plūmque ibidē opera cuiusdam primarij ex-  
structū: ciues multos, cū aliquot Bōzis bap-  
tizatos. Leporam miraculosè sanatā. F. acata  
iterū relicta se in insulam Tacuxuma profes-  
sum: insulanorum interim eximiū pietatem  
& præclaras elemosynas narrat. Ad insu-  
lam postea Yquicuqui profectiōē refert, &  
ministerium illi in nauigando à ciuibus præ-  
stitum. Pro stremito de suis redeundo Bungū,  
aduersitatibus & morbo. f iij

Gratia & amor æternus Iesu Christi  
 D. & redemptoris nostri sit sem-  
 per in animis nostris.



**P**LV RIMVM vestris li-  
 teris debemus charissimi fra-  
 tres, tum ob amorem singu-  
 larem, quem erga nos spirat,  
 tum eximium nos adiuuā-  
 di desiderium, quo vos teneri ex ijs animad-  
 uertimus. Dominus Deus nostro nomine  
 rependat, quod alioqui vobis prestare non  
 possumus, cum vel pares gratias referre, nec  
 opus nostra, nec satis sit. Ne tamen ingrati  
 videamur, ardentibus, planeq; Christianis  
 vestris desiderijs aliqua saltem ex parte  
 conabor satisfacere: atque ea que hoc anno  
 gentilium conuersione cōtigerunt, iussu ta-  
 men superiorum, qui me huc quoque impu-  
 lerunt, perscribam. Opto interim, ut qua  
 scripturus sum, cōmunia sint omnibus, qui-  
 bus quoquo modo sum obstrictus: singulis  
 enim scribere, nec agritudo, nec occupatio-  
 nes permittunt. Et charitas Christi, qua  
 nos unum fecit, id quoque efficiet, ut hac  
 epi-

epistola, tametsi ad omnes scripta, ad vnumquemque priuatim ac peculiariter scripta habeatur.

Intelleximus odium Bonzororum in Gasparum Vilellam nonnihil remissum: gratia per Bonzororum nequitiam passus est, dū quotidianis progressibus, tametsi non quantum velit, augeatur Christianorum numerus, qui viros aliquot honoratos, rerum naturalium non imperitos habet.

Varias epistolas à Christianis recepimus: et inter alias vnā quinque foliorum prolixam admodum, quæ plurimum solatiū Christianis omnibus huius loci, in quo versamur, attulit: sæpe enim dū in omnium prope Christianorum trāsit manus, transscribitur: hęc eam quoque gentilibus legunt, ob id potissimum, quod in Iapania 20. eiusq; religione discrepantes, scētās esse, nullam verò ratione stabiliri posse: verum solā Christi legem & veram esse & salutarem, nec fore stabilem concordiam & pacem in Iapania, priusquam viuendi normam admittant: idq; multis evidentibus causis & rationibus in ea confirmatur.

Literæ  
Christia-  
norū Me-  
acēsum  
ad fratres  
cōuersus



Saguaia  
vrbs  
maxima.

Bongana  
Ecclesia  
reliquas  
Iapaniæ  
superat  
numero.

Poeniten  
tiæ Iapa:  
num,

Saguaiam, quæ duorū dierum iter Ma-  
iaco distat: modo properat Vilella, magnus  
ibi speratur fructus, quod & libera sit, &  
inter totius Iapaniæ ciuitates maximas ha-  
bita. Causa profectiois Meaco relicto, pri-  
mum erat: quod vir quidā nobilis domum  
suam obtulisset, ad verbum Dei populo pro-  
ponendum: tantūque erat viri ad nego-  
cium fidei promouēdum desiderium: ut id  
non solum cum P. M. Cosma Torres Bon-  
gi agente communicauerit, verum etiam  
missis muneribus obnixè rogauerit. Bonga-  
næ verò Ecclesiæ, quæ totius Iapaniæ est  
maxima, Dei misericordia quotidie incre-  
mentum sumit: testatur id tam feruor eo-  
rum, qui Christum sunt amplexi, quā  
qui quotidie ad Baptismum accedunt, ut  
ex ijs quæ subiiciam, non obscure intelli-  
getis. Vix nox vna elabitur, quin sint  
semper aliquot, qui non leues in templo pe-  
nitentias agant, dum CHRISTI fla-  
gella, passionēque recolunt. Diebus ve-  
rò Veneris idem à plurimis fit, usque adeo  
ut non pauci domi quoque suæ eadem in  
se animaduersione vtantur.

Adhac

Adhuc singulis diebus mane, etiam si pluvia aut nives infestent, templum tamè hominibus plenum semper conspicitur: ium ut sacrificio missa, tum ut doctrina Christiana institutionibus intersint, tantaq; est visitantium diligentia, ut non raro antequam templū aperiatur, adsint pro foribus. Diebus verò festis celebrioribus necesse est vela & pannos circa templum tendere, sub qua se populus recipiat, quòd in huiusmodi festis maior etiam sit ad confessionem concursus: mitto eos qui decimo quinto aut octavo quoque die confitentur. Magnam sane Deum laudandi id materiam præstat nobis, quòd tempus Quadragesimale tantum pietate, quæ quotannis crescit, transigi videamus. Interea dum Christi corpus in sepulchro recoderetur, magnus semper fuit, & continuus eorum, qui Christi flagellationem commemorarent, passionemq;, numerus, quos ob multitudinem sibi inuicem ordine succedere oportuit sexaginta numero, adeoq; dirè hi penitentes in sese animaduertunt, quantum memini nullos antea: mirum dictu quantoperè ad penitentiâs  
etiam

collegio  
conq; ois  
aut ois  
gubis

Frequen  
tes erro  
rum con  
fessioes.

etiam graues totus hic populus incendatur, quantoq; teneatur salutis desiderio, dum ita pœnas non sine lachrymis ob commissâ peccata subit lubens, & alacri animo: insignem suâ pietatis & religionis testimonium exhibentes. Adcôque in hoc exercitio feruēt, ut plus satis occupationum quidam habeat in curandis, tametsi fœliciter horum plagis. Interea etiam pueri qui elementa discunt, in supplicationem prodeunt, Christi passî mysteria gestantes, quæ populo adeo graphicè explicare norunt, ut non fuerit, qui se à lachrymis temperaret. Post deinde ijs quæ gerebant, positis, dum cantarent so. Psalmum, re Christi flagella memorantes, nullum adeo durum fuit cor, quod non conspectâ pietate puerorum, & animi affectu in tam tenera etate sit emollitum. Hoc lugubri finito actû, ad locum cui à Misericordia nomen est, properantes, ubi ingens crux in loco patulo cōspicitur, ad eamq; gradibus lapideis ascenditur: fuis precibus circa vesperâ finem actioni imposuerūt. Quâ tam verò hac lugubris festiuitas attulerit mœstitia, peccatorumq; compunctionem, tantam

Supplicatio puerorum lugubris.

Flagella torundè.

1100 1111

1120 1131

tantam letitiam attulit matutina Paschæ lux: Instituta enim fuit, longè tamè diuerso modo, supplicatio, in qua pueruli candidati procedebant in pectore cruce insigniti, rosas floribusq; redimiti, latitia Christi mysteria depicta gerentes, sacrosanctū corporis Christi sacramentum ordine sequentes: rursum quisque eius quod gerebat in picturis rationem, ut edoctus erat, reddebat, quod populo fuit & loco concionis, & magna consolationis occasio.

Natalis quoq; Dominici festum magna celebritate peractum est: Iapanes enim ipsi varias scenas, sacrosq; actus, scripturaq; sacra historias ad viuum exhibuere, adscriptis versibus, que summam rem cōplectebantur: nec non Musica pro more gētis addita, vocibus modulatis rem totam illustrarunt. Mirum dictu quantam hi præstent Patri nostro obedientiam omnes, vsq; adeo ut dum quidam sexagenarius eorum quiam dicto loco præsumt, cui Misericordia nomen esse diximus, præcipuus eleemosynam sine facultate cuiusdam fuisset largitus, iussus poenam quandam subire, fecit statim

Supplicatio exultationis.

Iapanum obedientia.

colloque  
 eluxa est  
 aluonit

monet  
 nobis do  
 .iii

statim perquam lubenter: nec mirum: ad eam  
 enim penitentia actibus pietatisq; sunt de-  
 diti, ut spherulas precarias è collo, verbera  
 verò siue flagella in pera plerunq; circumsu-  
 rant, quod etiam in pueris factitatum vi-  
 dere licet, qui à sexto aut septimo ætatis sue  
 anno sese toris cadere assuescunt: sane res  
 hæc magnam omni pio homini gratias agē-  
 das Omnipotenti Deo suppeditat materiam.  
 Incredible fortè cui videbitur cuiusdam  
 adolescentis 20. annorum, qui magno tene-  
 tur Deo seruiendi desiderio, factum: Dum  
 iniussus in templo hortaretur quandam scē-  
 minam, ad scelera sua confessione expianda,  
 iussus pœnas subire, quod contra leges scēmi-  
 nam alloqueretur, subito palam sese spoliās,  
 in sese dirè animaduertit. Admirationi  
 certè nobis fuit hoc nouitij promptum fa-  
 ctum, & iam recens in domum nostrā ad-  
 missi. Multa nobis dignissima admiratio-  
 ne quotidie in pueris, qui nostras frequen-  
 tant scholas, obseruatur, quorum multi nihil  
 æquè norunt, atque Christianas recitare &  
 cantillare institutiones, cum huiusmodi res  
 grauiores minimè pueriles soleant delectare  
 animos.

animos. Non procul ab Ecclesia nostra platea est, siue amplius locus, ubi undecim aut circiter sunt Christianorum familia, quorum filij & serui audito aris sonitu, qui ad salutandam beatam virginem editur, ad crucem collecti, flexisq; genibus doctrinam Christianam clara voce ad horæ unius spacium tanta constantia quotidie cātant, ut nullum pretermittant diem: idq; faciunt non à nobis, verum à suis parentibus & heris moniti, qui ut cum famulis & infantibus cum lacte imbibant Christianos mores, efficiunt. Parentes quoque suos filios nobis offerunt, ut Deo deseruiant, quos domi sacra doctrina imbuimus: & ut aliquando ad populum docendum apti sint, instruimus: hi enim cum quotidie ferè domi nostræ inter edendum de pijs rebus, aut si quas in scholis audierunt, concionantur. Horum maior (etsi omnes pietate singulari sint præditi) qui annorum est 13. religione excellit, & cū Christi passionem legit, incidet in loca, qua affectus magis inflamment, non potest sibi etiam in aliorum præsentia à lachrymis temperare.

Puerorū  
& seruo-  
rum piū  
studium.

Pueri cō-  
cionari  
discunt.

Ipsa

Iapanes  
de Christi-  
sto dialo-  
gos do-  
ctos con-  
scribunt.

Ipsimet quoque Iapanenses dialogos de Christi passione conscribunt, tanta arte & religione, ut facile lachrymas audientibus excutiât: hi sunt qui miro modo rem Christianam promouent, quòd proprio idiomate sensa mentis melius exprimant, & maior gustus spiritualis oriatur. Quinque huiusmodi viros domi nostra habemus magnæ virtutis, quorum vnus Meaci cum Vilella agit, tres Bongi, alius mecum peregrinatur: nec mirum nos horum libenter vti opera. Iapanes enim præclaro concionandi dono natura præditi sunt. Et is qui mecum agit Iapo, tantâ dicendi pollet gratia, ut audientium in se corda & animos rapiat: annum agit vigesimum secundum, memoriter tenet magnam sacræ scripturæ partem, nouitq; leges omnes Iapaniæ, quas conuellit, & destruit efficacibus rationibus: tantâque dexteritate & gratia, ut maiori vix possit. In rebus naturalibus etiam tantum proficit, ut omnes facile Iapaniæ literatos confundat: Det Deus ipsi gratiam, ut diuino amore vniuersam accendat Iapaniam. Ex nostris verò Iapanica linguæ cognitione nos om-

nos omnes superat Ioannes Ferdinandes.

Decimo sexto Iunij missus sum Facatã, & ad duas insulas, aliãq; loca, ubi multi degunt Christiani, hortaturus eos, ut in bene cœptis pergant Christo fideliter adherere. Facatensium quidam vir primarius suam obtulit operam, & impensas in templi exstructionem, & fratres alēdos ex nostris quosdam: cœptum iam est opus Dei gratia. Ciues verò Christiani cùm nos aduentare intelligerent, Facata egressi ad miliare unũ, quidam verò amplius, nobis venēre obuiã, magnãque sanē latitiã declarãrũt. Hæsi apud ipsos ad dies 20. quo tempore circiter 70. Christo nomen dedere, atque inter eos duo Bonzi in Iapanensium sectis bene versati: quorum alter fuerat Regis Amanguccensis olim concionator, vir grandævus, robustus tamen: cuius conuersio plurimum rem Christianam iuuabit. Septimanam integram hic disputationibus, dubitationibusq; insumpsit, singula propria manu scriptis mandans. Cognitionē Dei veri hisce adeptus est. Docuimus esse omnium rerum creatorem, & animam immortalē creasse:

Intel-

Templũ  
Facatæ  
fit.

70. Facatæ  
bapti-  
zati.



Intellexit ad hæc hominis lapsum, & suam  
 mortalitatis & damnationis causam: nec  
 potuisse se à miseris, in quas lapsus erat, ex-  
 tricare, nec sine diuino auxilio erigere, qua-  
 re necessum fuisse Deum hominem fieri,  
 pati acerba, mori denique, ut nos à mortis  
 seruitute sempiterna, cui eramus obstricti  
 per peccatū, liberaret: ipsumq; id potuisse,  
 quod Deus esset & homo. Quis si fuisset tan-  
 tum homo, qualem fuisse olim Amedam &  
 Xaccam ferrent, harum gentium Idola, ge-  
 nus humanum redimere non potuisse. Hæc  
 & similia alia que prolixitatis euitanda  
 studio prætermitto, homini persuasimus, ad-  
 ditis rationibus: quibus omnibus cum ac-  
 quiesceret, baptisinate sacro cum 18. alijs  
 ablutus est: qui etiam omnes, quantum satis  
 est, fidei adepti sunt notitiam.

Elqumt  
 18. cū Bō  
 20 Bap-  
 zati.

Placuit etiam diuine bonitati duos in-  
 ter ceteros sanitati peculiari modo, quod  
 grauissima detinerentur valetudine, resti-  
 tuere: quorum alter sibi ob intolerabilis ca-  
 pitis dolores, manus non semel inferre vo-  
 luit. Alter verò fœda admodum lepra toto  
 corpore infectus, ob deuotionem & pium  
 animi

animi affectum quem ipse, & Christiani  
 erga nos habent, ad quendam ex nostris sa-  
 nitatis recuperanda gratia ad nos adduxe-  
 rum, existimantes posse hunc sanitati resti-  
 tuere. Cui responsum est, deesse medicamen-  
 ad talem pellendam agnitudinem accu-  
 modum: ne tamen mœrore affectus domū  
 reuertereur, iussimus medicamen non ita  
 comparatu aut factu difficile, misceri, quo  
 vsus, post tres dies sanitati non sine Dei  
 singulari auxilio restitutus, tam sanus, ac si  
 nunquam lepra laborasset, ad nos redijt. Ego  
 meæ infirmitatis memor, in me confunde-  
 bar, videns tantam fidem in hisce homini-  
 bus: quare dixi, animum induceret, nō me-  
 dicinæ vi se liberatum esse à lepra, sed hoc  
 Deo, qui per fidem istud esset operatus, as-  
 scriberet. Petijt hic subito salutaribus ablu-  
 aquis, quod etiam obtinuit, cum altero illo  
 qui cum doloribus capitis ante conflictatus  
 erat: nam utcumq; nostra fidei res tenebāt.  
 Dum hæc geruntur, recedendum aliō erat,  
 expediens itaque fidē dedi de reditu, abijg.,  
 viri duo primarij me deduxerunt, qui dum  
 redirem, mihi adherere constituerant: quo-

Admira-  
 bilis les-  
 præ cura  
 ratio.

rum affectum considerans, & firmum animi propositum, nolui eos itineris merito priuare.

In Insula  
Tacuxu  
ma 500.  
Christia  
ni.  
Insulae  
vniuersi  
Christia  
ni sunt

Ultimo itaque Iunij insulam Tacuxu-  
ma, ubi circiter 500. degunt Christiani, me  
contuli. Cōplectitur hac insula circiter duas  
leucas, paretq; cuidam principi Firandino,  
viro Christiano Antonio nomine. Octo gē-  
tiles qui in insula gentilismo reliqui erant,  
baptizauit. De his insulanis id vobis per-  
suadeatis velim fratres, si vnquam Ange-  
lorum imaginati fuitis sodalitiū, hoc ip-  
sum habere hanc insulam. Vnicum enim  
his hominibus est solatiū, diuinis officijs  
interesse, & templum frequentare, quod pro  
conditione regionis belle ornatum habent.  
Maior quoque pars horum doctrinam  
Christianam nouit. Ipsis quidam Bonzuo  
Christianus factus praest, vir planè bonus,  
qui vicem nostram obit magna fide, adeoq;  
probè illos instituit, ut miremur plurimum.  
Societatem quoque misericordiae insulani  
instituire, ad elargiēdum eleemosynas ege-  
nis & peregrinis: ij quoque hunc suum Pa-  
trem spiritualem alunt ex redditibus Idoli  
cui pri-

Societas  
miserie  
cordia.

cui primò præerat Bonzus, reliquum quod Ecclesiarum Iapaniz, Insulanorum que egregia hospitalitas. Insula Yquicuqui.

superest, in pauperes erogatur, & in cibos Christianorum insumitur, qui religionis ergo ad hanc insulam diuertunt: nec paucos esse animaduerti. Hisce 15. diebus quibus hic hæsi, me & alios 3. ita excepere, ut Regem non possent splendidius: idem faciunt & liberalius Insulani Yquicuquini, quorum templum opulentius est, & eleemosyna largiores. Christianorum quoque numerus maior, verum hoc non ita peculiare hisce insulis putat quis, ut etiam omnibus Ecclesiis tributum sit: ad hoc enim consortia instituta sunt, usque à misericordia nomen inditum, & viri constituti, qui ex officio, ut omnia quam optimè gerantur, curent. Vnde colligite fratres, iter gentibus per loca Christianorum opus non esse, ut quis emendicet cibum, aut viaticum unà ferat, cum quocunque tendas, quam vel ipsi Reges, lautius accuratiusque excipiaris, nec deesse permittunt quicquam, siue mari, siue terra sit proficiendum. Quod si quis fortè eorum qua offeruntur, quicquam denegat, aut tardet accipere, non leuem iniuriam videtur intulisse.

Ad hanc insulam Firando appulere nonnulli Lusitani viri pijs & religiosi, tum ut horum templum viderent, tum ut Christianorum viuendi rationem ac ordinem intelligerent, quem ad stuporem admirati sunt, tum in ijs quæ ad Deum spectant, & orandi ratione, tum in sacræ adis summa veneratione, quam quoque adire: nec minus admirati sunt animi submissionem, & amorem quem ijs præsertim, qui nostro huc nomine veniunt, hic exhibere solent: unde ingenuè facti sunt, hos multo meliores, quàm se Christianos esse: quoniam verò institutum Societatis nouerāt, id addidère: Si scirent Europei qui in Societate degunt, minimam partem eorum quæ in Iapania sunt, fore ut omnes magna alacritate huc aduolarent: nec vanam orationem putetis, si enim videretis fratres, quanto studio pueri in hac insula doctrinam Christianam recitent, lachrymas non contineretis, scio, ordinemque ac religionem miraremini in ijs qui paulo antiè demonis erant mancipia. Conueniunt centum aut circiter puelli & puellæ, ad Christi audiendam doctrinam:

Puerorū  
admirā-  
da nos  
stris seni-  
bus pie-  
tas.

nam: qui in ingressu templi asperzione aque sacra, genucationibus, orationibus denique & pietate videntur priscum illud Christianorum genus referre, quisque & modeste sese in suum locum recipit, nec opus est, quæ semel monueris, iterare. Duo incipiunt doctrinam sedulo adeo decantare, tantæque animi attentione (quemadmodum non raro animaduerti) ut tamen si ob æstum & laborem sudor distillet, nunquam tamen aut oculos, aut manum, aut pedes mouisse viderim, sed absorptos quasi, raptosque in ecstasim, profunda contemplatione persistere.

Adeo his pueris, non sine peculiari Dei gratia, res cordi est, ut non sat sit doctrinam memoriter tenere, nisi etiam eam explicare nouerint, unde fit ut rectando etiam eam declarent, usque adeo ut dum eam memoriter didicerint, concionandi donum unà percepisse videantur. Quæ scribo, eorum quæ quotidie eueniunt, minima sunt: tanta ipsius religionis & pietatis studium inest & apparatus.

Quid enim amplius facere solet homo religiosus & exercitatus, quam flexis genibus

Dono  
quibus  
Deus Iapanum  
pueros  
beat.

Virorum  
mulierumque  
pietas.

nubus multas lachrymas spargere, Christi passionem utiliter memorare? Sanè vidi ego multos, tam viros quàm mulieres tanto animi affectu ante crucifixi imaginem in genua prouolui, eleuatisque manibus adeo attentos, vt absorptos ex hac vita excessisse dixisses. Si hac in insulis istis miseris a cõcionibus, alijsq; ad religionem adminiculis accedunt, quid fieri existimetis vbi continuis Christianis exercitijs, exhortationibus abundant, vbi sacramenta (vt Bongis fit) frequentatur. Miserefcite queso, miserefcite horum gentiliũ fratres, prouoluti ante diuinam maiestatem, lachrymas vbertim spargite, vt missis aliquot Societatis nostræ hominibus, hisce miseris succurrat: nisi enim properaueritis, paucos ex ijs qui modò sunt, superstites inuenietis: tres enim hac æstate tantum non è viuis excesserunt: sed visus est Deus ipsorum produxisse vitam, donec à vobis quis veniat, & in horum conseruanda fide constantiaq; opituletur. Ego dum in hac insula ago, bis quotidie conciones ad populum habui, bis itidem Christianas institutiones explicauis.

Postquam

Postquam dies aliquot hic hasissem, ad insulam Y quicunque, ubi 800. sunt Christiani, uniuersi verò Insulani 2500. me contuli, magno tum iam populi desiderio expectatus: intelligentesq; nostrum aduentum, de omnibus ad navigationem necessarijs abunde prospiciunt, nec non de remigibus Christianis: aderant & aliquot insula viri primarij: atq; dum hoc apparatu pauperes vehimur, cum vno miliari tantum abessemus, crux quaedam in editiore loco posita oculorum obtutui se inferebat, septis undique ad instar arcus circumdata, quo in loco Christiani sepeliuntur. Vbi verò appulisset nauis, quam maxima charitate nos exceperunt. Cùmque pro consuetudine ibidem trita, sacra crucis typum fuisset venerati, templum amplum, & pulchrum, elegantissimèque adornatum ingredimur. Statui vt bis quotidie ad templum quisq; verbi Dei audiendi gratia, nimirum mane & vesperi conueniret: à prædio pueros ad templū quotidie mitteret, quæ tempora elegimus, tum ne ab operibus suis impedirentur, tum vt plures conuenirent,

si alibi  
aliquis  
sunt  
nunc  
Bis in die  
ad cōcio  
nem con  
ueniunt.



quoniam verò vix mulieres templum capiebat: circa ad eam sacram, extensis velis ad propulsandam aëris iniuriam, viris preparatus est locus. Templum hoc in satis amplo & plano loco, nec minus ameno situm est, siquidem rivulus ipsum ambit, nuntig, arborésque amœna circumstant: ad templi ingressum piscina est, in qua pedes lauent, non ex superstitione, sed ne ipso ingressu elegantes storeas, quibus templum stratum est, commaculēt: nam mos hic inolevit, ut lotus pedibus etiam priuatas domos ingrediantur, quod nitidissimis storeis strata sint. Altero die accessi heremitoria quaedam in locis totius insula amœnissimis sita, olim Idolis dicata, quibus similia Christiani suis extruendis templis eligunt.

Idola in  
templa  
Christia-  
norum  
verba.  
Bonzi  
Christia-  
norum  
templo-  
rum præ-  
fecti.

Bonzi verò qui hæc loca cum prouentibus occupabant, Christianis se adiunxerunt, se-  
plisq, ut antea presunt. Ad alium item lo-  
cum accessi, ubi magnus erat Christianorum  
numerus, qui & procul degebāt à reliquis,  
& itinerum difficultate communi Christia-  
norum cōsortio prohibebātur. Monui ut ibidē  
templum, in quo & erudire suos filios in  
doctrina

doctrina Christiana, & Deū inuocare possent, erigerēt. Illi expediti ac laei, ilicò opus aggressi sunt, & quidem breui temporis spacio perfecerunt. Firando verò tabellam sacris imaginibus depictam, aptamq̃ altari, & si quæ sunt sacrorum vsui necessaria, receperunt: nam s. commodum tunc fortè naues appulerāt, quæ cuiusmodi ad tēplorum ornatum pertinent, satis multa aduehebāt. Aliquot igitur diebus concionibus, & doctrina Christiana legēda insumptis, baptizatisq̃ nōnullis, itineri Xixum versus me dedi Christianos visurus. Cogitabam de sacello, quod tū recens nata fides, ac Xixensum res videbantur postulare: idq̃, ut persiceretur, & quicquidini fabros lignarios septē obtulerant, aliq̃, ad hanc rem necessaria. Itaque nauem quandam Christianorū conscendimus, & Xixum, quod 3. aut 4. miliaria distabat, pergimus: aduentumq̃ nostrū iam præsciuisse inde colligo, quòd plateas purgatas scopis, viasque ornatas, non secus atque si Regem ac Dominum excepturi fuissent, reperimus. Tantam verò humanitatem experti, id cuius gratia veneramus, facile

Xixuma  
ni Chris  
tiani.

Xixuma  
norū in  
pastorē  
suum hu  
manitass

Vra.

cile effectum dedimus: interdium enim fabri, mane & vesperi nos laborauimus. Fabricabant illi templum, ego verbum Dei populo proponebam. Finitoq; opere, Christiano ritu ad celebrandum omnia compararunt. Bonzum in rebus nostris instructum Ecclesia presecimus, modumque quo doctrina Christi explicanda esset, ostendimus. His ad hunc modum confectis, Tram concessimus, obiter Christianos visuri, quod iam Augusti finis, cum Bongum properandum erat, instaret: Quare rationem aliquam orationum seu formulam dumtaxat prescribere potui, fuis ibidem ad S. crucem precibus: & cum templo carerent, ad quendam Christianum diuerti, quo etiam alij statim confluxere, habitaq; concio omnibus non mediocrem in Domino consolationem iniecit. Monui ut templum exstrueret, multi enim erant, & locus amplius, nec vnus quidem gentilis. Firando tabulam pictam construendo altari, & si quid praterea requiritur in templi exstructione necessarium, recepere. Cum antea huc Gaspar Vilella sanctam Crucem erectum venisset, nec haberent  
quo

quo hominem exciperent, quod quidem officio, charitatiq; videbatur satisfacturum, piscem quendam bicubitalem in riuulo, qui illum locum ambit, offenderunt: hoc Patrē excepere, persuasi à Deo missum, quòd nūquam ibi simile quid antea repertum esset. Idem modò dum hīc ago, euenit, sedulo enim quarentes, quo me lauius exciperent, humaniūsque, nec quicquam occurreret, quod satis videretur: adolescens accurrit, atque in lacum non magnum, in quem is quem dixi, riuulus illabitur, videri piscem nunciat: quem quoque tanquam diuinitus missum cepere: festiuēque admodum narrabant de hoc & alio pisce historiam, agnoscentes planè DEI munere tale quid contigisse. Vterque sanè duodecim circiter pendebat libras, genus marinum est, & in precio. Ceterum dum narrant, latiūsque diuulgant, quomodo capti fuerint, omnium animos summo perē ad pietatem, fidei que studium & incrementum inflammāunt. Tradidi & hīc orandi modum: habitaque ad eos de frequentatione doctrina Christiana adhortatiōe, et catechu-

Casunga.

Notent  
exoleti et  
iā scifuna  
tendēres  
affectum  
horū er-  
ga paren-  
tes spiri-  
tuales,

catechumenis baptizatis, Casungā nauiga-  
uimus. Distat Casunga ab Yra tribus leucis:  
Incole de aduentū nostro premoniti, viam  
que ad Crucem ducit, ita ferē adornarunt,  
ut in supplicationibus solet. fusisq; ibidem  
cum ipsis ad Deum precibus, ad ades cu-  
iusdā Christiani viri primarij diuertimus,  
habitisq; nonnullis concionibus: monui &  
hic ut orationibus, sacrificijs, peragendis, si eō  
quis fortē sacerdos veniret, templum ex-  
struerent. Et ut omnis populus hic Christia-  
nus est, & suapte natura nō malus, placere  
sibi consilium re ipsa declarauit, tēplo quā  
breuissimē exstructo. Ornamenta postea Fi-  
rando misimus. In amēnissimo situm est lo-  
co, & religioni accommodo, cuiq; urbis ma-  
risq; prospectus imminet sanē quā inuē-  
dus. Quedā mihi narrarunt hi Christiani,  
fortē ut denuō narrentur potius quā scri-  
bantur: scribam tantum quod à fide dignis  
hominibus acceperim. Cū cuidam Chri-  
stiano filij omnes abortu perirent, iamq; ite-  
rū partui esset proxima uxor, gentilis qui-  
dam homo nefarius viro persuasit, quādo-  
quidem filij omnes interirent, ut fide Chri-  
sti

sti abiecta, ad gentilem, consuetumq; ritum  
rediret. Paret ille salubri, ut putat, consilio,  
& eò ubi crux erat, se conferens, in signum  
abiurata fidei pugionem Cruci infixit: tum  
uxor peperit filium, sine mento, pectoreq;  
adeo discisso, ut viscera apparerent. Quod  
patrem adeo perterruit, ut recepta fide, fa-  
cile omnes, omnium iudicio, pietate Chri-  
stiana, & recta vita instituto superet.

Alia item mulier pregnantis Chuqui agens,  
sumpto quò abortiret, pharmaco, letalem  
morbum incurrit, ex quo non multò post  
interijt. Hęc Christiani, q; in peccato mor-  
tali putabāt decessisse, indignam qua inter  
fideles in crucis sacro campo siue camiterio  
sepeliretur, iudicârunt: quare alibi in agris  
inter infideles sepelierunt. Accidit tamen  
non post multos dies, hanc quodam Chri-  
stiano iamiam morituro videri, eumq; sic  
affari: Christiani me ut indignam S. Crucis  
camiterio ad infideles reiecerunt: sibi tamē  
persuadeant velim, me ubi opinantur non  
degere: sed antequam discederem, Deum  
contritionem meam aspexisse, ac mei mi-  
serum esse. Simulatque eger hæc alijs nar-  
rasset,

Cuiusdā  
qui fidem  
Christi es-  
iurauit.  
rat, con-  
uersio.  
Part<sup>o</sup> ter-  
ribiles.

Facile nō  
iudican-  
dum.

Appario  
desū  
et.

rasset, sanitatem recuperavit: qua res constantiam Christianorum non parum auxit, & in fide stabilivit, ut non ita frequenter opus sit à nostris interuisi. Rogate Dominum fratres, ut constans fides sit, perpetuòque Deo ac Domino nostro adherere perseuerent.

Hinc rursùm cõscensa naue & quiccuq; abij, ut per Dominum Antonium certior ibi fierem de mea ad Firandinos profectio-  
ne: ubi etiã me esse oportuit ob res nostras, quas iam naui aduectas intellexeram, nec esse quenquam qui eos curaret. Altero verò die valedicens & quicquidus Christianis, spe me breui rediturum relicta, Firandum veni, si fortè iuuare possem nutantes Christianos: qui ut ad vomitum redirent, non procul abesse videbantur. Et quoniam Rex negotium fidei nullo prosequeretur favore, consultaui, num esset conueniendus, priusquam me ad opus pium accingerem. Cumq; intelligerem tutius esse, si occultius rem agerẽ, ipsum nõ adiui, sed id cuius gratia properantius veneram, sum aggressus: relabi enim iã cœperat quidã, quos  
cum

eum alijs aliquot Christianis concionibus in  
 fide confirmari: dein salutato navis præse-  
 Eto, ad D. Anthonium virum apprimè no-  
 bilem me contuli: qui cum uniuersa sua fa-  
 milia humanissime nos excepit, adhesitq;  
 mihi ad mediam ferè noctem cum suis at-  
 tentè admodum res diuinas audiens.

Multa quoque rogauit scitu necessaria, quæ  
 ad salutis negocium pertinerent: unde col-  
 ligere erat, integrum esse virum, & verum  
 Christianum fouere animum.

Dein ad nauem me recepi, egiq; cum  
 nauclero, ut in media naui tabellam figi pa-  
 teretur, eamque religiosè ornari, qua res  
 non minima pietatis occasio fuit qui ibi e-  
 rant Christiani: Imò non pauci nobiles  
 Firandini hac occasione ante sacram ima-  
 ginem preces fundere cœperunt, inuita-  
 tique insulani ad spectaculum & concio-  
 nem concurrerunt. Altero die in aliam do-  
 mū, quæ cuiusdam erat Christiani, concessi,  
 quo confluxere plurimi verbi Dei audiendi  
 gratia. secreto tamè, quòd Rex non permit-  
 teret publicè cōciones haberi: quare per chri-  
 stianorū ades, ut verbū Dei predicaretur,  
 noctes

Nutātes  
 Firandi-  
 ni in fide  
 cōfirmā-  
 tur:



Nutates  
 constan-  
 tissimi ef-  
 fecti.

Vit pri-  
 marię no-  
 bilitatis  
 Christię  
 inducit.

noctes diesq; vagari oportuit: quo quidem labore sum id assecutus, ut qui nonnihil ad gentilitatem propendebant, nutabantq; decem dierum spacio ad fidem reducerim, Deoq; non sine multis lachrymis recõciliati sint, tanta deinde constantia credentes, ut non dubitem, quin plures vitam quoque pro Christo parati sint profunderè: in tantum feruorem tepor effervuit, ut concionabundi ad parètes, filios, fratres, generos, & alios discurrerent, omnes ad Christum pertrahere conarentur: & quidem alios de nocte, alios de die non solum ad conciones adducerent, verum etiam horum studio circiter 50. fidem Christi hoc 20. dierum spacio amplexi sint: & inter alios vir apprimè nobilis, qui magno Christianismi desiderio impulsus, facile orationes addidit. Quoniam verò templo destituerentur Christiani, nec sperabam me Regem flectere posse, navis prefectum sollicitavi, ut suo & Lusitanorum nomine à Rege obtinerent, ut in planicie nostra liceret templum erigere, in quo Deum Opt. Max. ipsi saltè inuocare & adorare possent. Aderant enim tunc circiter 90. Lusitani

Lusitani, qui Christianis post id erant reli-  
 cturi. Sed cum is responderet, se de hac re  
 cogitaturū, tacite negasse cognouimus: qua-  
 re statui apud me in priuata domo altare  
 erigere. Quod ubi intellexit vicinus no-  
 ster, vltro magno charitatis affectu mihi  
 duas domos quas coniunctas habebat, ob-  
 tulit, aptiores ad id, & meliores, vt in ades  
 sacras verterentur: seseq; in mystagogum  
 (quem adituum vocant) obtulit. Atque  
 hoc modo templum non in idoneum secreto  
 adornauimus, & de omnibus necessarijs, ni-  
 hil de hac re conscijs Lusitanis, prospectum  
 quoque est: In quo letania indies recitan-  
 tur, & conciones habentur. Dominus An-  
 thonius & alij viri omnia necessaria libe-  
 raliter obtulere. Gaudete itaque fratres, de  
 Firandinorum fide, & fidei constantia,  
 maximaque consolatione, quod templum  
 suum etiam & domum orationis habeant:  
 rogate Dominum, vt ipsos in sua sancta fi-  
 de conseruet.

Sequenti vero Dominica, ex quo tabella  
 illa in medio nauis erecta erat, semper mul-  
 ti Christiani tam ex vicinis insulis, quam

*Firando ad nauem, qua formam templi subibat, scaphis, nauiculisq; turmatim non aliter atque in stationibus, dum indulgentias sectamur, fieri solet, continuo confluxerunt. Curauerat autem prefectus ad pietatis exercitium eam ramis floribusq; & vexillis probe ornari: nauis uero tabulatum storeis sterni: Quoniam uero dies S. Laurentio sacer agebatur, cui religiose erat addictus, aliquot etiam tormenta bellica in honorem eius exonerauit. Ego uero in nauis, ad populum qui eò confluxerat, concionem habui: Prefectus auditores humaniter excepit, cibaria qua in nauis erant, liberaliter distribuit: dein suis lembis redierunt ad sua.*

*Circa finem Augusti, obedientia sacra memor, sublata tabella sacra, qua Facata remanere debebat, Bongum cogitans, expediui me ab insulis Firando uicinis, ita tamen ut spem fecerim, me sabbato rediturum, nam Yquicuquum quatuor solum leucis, Astacassuma uero 3. distabat: nec opus fuit ipsos admonere, ut naues prepararent, sabbato enim summo mane*

manè aderat remigibus instructa.

Instabant plurimi Lusitani, ut ad visendum Christianos istos comites admitterentur, sed pluijs, & alijs qua interuenerunt prohibiti, pauci vnà profecti sunt.

Circa vesperam Y quicquum venimus, occurrerunt Christiani tedis accensis, quae Faces ex ipsis lignea sunt, sed plurimum luminis no, siue a se diffundunt. Ad templum nos deducunt, ubi frequens populus nos expectabat, atque ibi concionem habuimus, qua finita, pueri doctrinam Christianam recitarunt: Lusitanos hac mirè recreârunt, potissimum quod ordinaria esse intelligerent. Sequenti verò die redière longo maiore numero, finitaque concione, circiter tredecim baptismatis admodum auidos abluì. Sumpto verò prandio, ad visendum templum quoddam nouum, quod miliarì hinc aberat, prospero admodum vento properauimus: nihilominus Christianorum diligentia itinere pedestri nos anteuertat: & templum satis pro loci conditione ornatum, & quod ad pietatem non mediocriter excitaret, vidimus.

b ij

Tum

Tum ob magnum populi concursum, ad sacellum quoddam me recipiens, concionari coepi: finita concione, nullum humanitatis genus in nos omiserunt, suisque mensis oriza apposita, & varijs piscibus adhibuerunt. Deinde ad littus me contuli alio transfretaturus, qua res mirum quantopere afflixerit Christianos, ad unum omnibus me ad nauim vsque deducentibus. Quo cum ventum esset, iterum animis tanta tristitia incescit, ut non fuerit, quem non mouerit ad dolorem. Certè Lusitani à lachrymis se continere non poterant. Profectò fratres, si in re presenti fuisset, grauis afflictio in animos vestros inuasisset, ex tanto ouicularum gemitu ac maestitia: octingenti enim erant, omnesque in hac insula non solum sine pastore, verum etiam sine spe pastoris, præsertim qui breui mitti posset, relinquendi. Rogate igitur Dominum nostrum, ut suos interea conseruet.

Circa meridiem nauem Pacaxumam versus conscendimus, quo duarum horarum spacio peruenimus: dum adhuc procul

*in mari fluctuaremur, nos fideles agnouere: quare congregati pueri, melioribus induti vestibus, ad littus nos excepturi occurrunt, inde ad Crucis vexillum nos deducunt, alta voce doctrinam Christianam religiosè adeo decantantes, ut nos omnes ad pietatem inflamarint. Crucem hi insignem erexere, muris & fossa circumdatam: inde verò eodem cantu ad templum deduxerunt, quò multi Christiani, ita ut vix cuiquam locus esset, conuenerant, ad quos concionem habui, de hac Euangelij sententia: In hoc cognoscent homines, quòd scitis mei discipuli, si amaueritis inuicem, &c. Quæ finita non sine dolore me abire passi sunt, noctem à me sibi concedi saltem postulabant, nec potui eorum annuere voluntati. Preparata itaque pro populi consuetudine merenda, quam nisi acceptes, iniuria se affectos arbitrantur, ad nauem omnibus rebus optimè ab ipsis instructam, potissimum remigibus, quòd vento destitueremur, nos deduxerunt omnes, nec ullum remansisse in insula arbitror, qui non corritem se adiunxerit, etsi via longa esset,*

*h ij      vsque*

Admirā-  
 dus no-  
 uorū ers-  
 ga pasto-  
 rem affe-  
 ctus &  
 graticus  
 do.

vsque ad littus : & dum imus , raris lac-  
 chrymis , & animi teneritudine valeius-  
 serunt , ut non fuerit , qui non mouere-  
 tur . Dum verò nauem conscendimus , illi  
 ut citò redirem , & Deo interea se com-  
 mendarem , rogârunt , idque tanto animi  
 desiderio & religione , ut minimam ho-  
 rum partem tantum videar perscribere :  
 tamque vbertim fleuerunt , ut & intuen-  
 tibus Lusitanis collachrymandum fuerit .

Quidam verò inter eos , dum in nauim  
 essemus recepti , cuiusdam Christiani ho-  
 minis vestigia humi stratus deosculatus  
 est , hunc consecuti sunt & alij : quorum  
 fidem & pium affectum dum animaduert-  
 timus , nos & Lusitanos summo perè igna-  
 uia piguit : quamobrem si quas res admira-  
 biles in orbe se vidisse dicebant , hoc pri-  
 mum esse , & quæ narrentur maxime  
 dignum . Nec dubito fratres , quin si quis  
 vestrum hæc vidisset , emori optaret cum  
 hac pia , Christi que addictissima grege .

Cum Firandum ventum esset , sacel-  
 lum quoddam in adibus domini Antho-  
 ny fieri curavi , quod & tabella quadam  
 reli-

religiose depicta ornatum est, ut & domestici ipsius orationibus assuescerent.

Et expeditis rebus omnibus, si quæ mihi cum ipso erant, aut alijs nobilibus, aut amicis, vigesima secunda Augusti Facatam abij, socio itineris, qui tantum religionis causa individuus comes itineris esse voluerat, relicto.

Firandini non obscuris amoris indicijs secuti sunt, usque adeo ut sine dolore auelli non posse viderentur. Duo etiam Facatam usque nos deduxere, prius tamen partim in itinere, partim in mari grauiam passi, dum tempestatibus & procellis exagitamur, & piratarum manus vix effugimus: à quibus si capti essemus, venditis nihil aliud quam fames, & fodiendi labor impendisset. Verum & hos, & graues alias tempestates euasimus, omitto lutum quod ad zonam usque pertranseundum erat, quo in statu in votis nobis erat rinulus ad vestes corpisque abluendum: unde natus ventris fluxus, toto hoc deinceps itinere nos male habuit, quem non parum auerere continua pluuia.



*Lasitudine cōfecti, & toto corpore madden-  
 tes ad ciuitatem venimus, vbi primo iti-  
 neris labores sentire occepi, in tantūmque  
 auctum est malum, vt morti proximum  
 me esse existimaucrim. Sequenti verò die,  
 tanta fuit tempestatum vis, vt non esset,  
 qui nauem periculo auderet exponere;  
 tum etiam quòd festum quoddam solenne  
 celebrarent gentiles, adeòque vires debi-  
 litata fuere, vt tantum non deicerentur  
 penitus: desiderabam quidem cibo eos re-  
 focillare, tametsi appetitus deiectus ci-  
 bum vix admitteret, oua vt apportaren-  
 tur iussi. Verum non erat qui die idolis  
 sacro venderet aliquid agroto, tanta reli-  
 gione festum illud obseruabant, sed cum  
 non tam cibi, quàm medicina nomine ex-  
 peti intelligerent, dono dedere, ritu hu-  
 mano plane & Christiano vsi: spero omnes  
 breui Christi fidem amplexuros: inter om-  
 nes enim gentiles his similes, & ad veri-  
 tatē et bonitatem magis inclinantes nullos  
 haecenus inueni. Refocillatis nonnihil vi-  
 ribus, iter rursus Facatam arripui.  
 Quo simulata, magnis laboribus veni, ecce  
 adsunt*

adsunt statim Christiani, varia remediorū genera huic morbo adferentes, cibos quoque debili stomacho gratos, orizam, Xirum, galmas optimumq; quod in vrbe esset vinum: verūm his omnibus Bongum pretuli, iā ad sanitatem recuperandam, quam ad moriēdum inter fratres. Quò cum me anhelare ditiores intelligerent, duos parant equos, additis viris qui itineris essent socij, nec non rebus omnibus, quas iter & morbus requireret, comparatis: nec aliter mecum egere, atque si cum germano fratre: non minus quindecim ducatis huic profectiōni impendentes.

Hinc colligere licet, quantum absumpsissem hisce tribus mensibus cum quatuor socijs, nisi mihi Christianorum liberalitas subuenisset. Ita est hominum istorum ingenium, ut si maximè ob temporis decursum, his sumptui fueris, nihil tamen, etsi extrema nitaris, sint accepturi.

Erandi enim viginti diebus hæsī cum quatuor meis comitibus, quibus cum prater victum etiam alia impendisset, atque pecunias mitterem: remisit ille statim  
hisce

hiscē verbis: Absit à me ut pro tanta gratia & favore, quo erga me usus es, cum in ades meas diuertere dignatus sis, tam vitiosissimū sim inhumanus & inciuilis, ut etiam pecuniam recipiam.

Idem Facata usu venit, ubi ad octodecim dies hæsī: hic enim hospes & inuitiam non leuem accepit, quod pro impensis aliquid rependere tentarem: sincerè atque ex animo quæ haberet, non sua esse dictitans, sed Patrum: seque nullius rei maiori desiderio teneri, quàm ut dum uiueret, Patres & fratres nostros, qui Facata agunt, suis impensis alere: Is modo Facata templum extruit: virum hunc rogo Deo vestris precibus commendetis.

Bongum (ut breuis sim) tandem ueni, post non minimos labores, ubi munitus ac solus fratrum beneuolis officijs, etiam grauius laborare cœpi, protractusque morbus ad mensem est, quo tempore plene decubui. Modò etiam hæc scribens, uires admodum debiles experior.

Iesum CHRISTVM rogare diligenter quaeso, ut mihi largiatur hanc gratiam,  
qua

qua ipsius D. maiestati, ut me decet, vota  
mea exigunt, verè ac sincere seruiam.

Bongi 10. Octob. 1561.

Iussu P. Cosmæ Torres,  
Inutilis seruus, & frater  
vester in Domino.

Aloysius Dalmeida.

EX EPISTOLA MELCHIORIS

Nunezj ad fratres suos in Euro-  
pa 31. Decembris.

An. 1561.



A M herea Coccini, quod de  
profectione Æthiopica nihil  
dum statuere possumus, &  
alioqui iter ab hostibus est  
occupatū. Iure tamen ad va-

Æthio-  
pica pro-  
fectio im-  
pedita.

Legatio  
ad Sinae  
rum Re-  
gem.

stum Sinarū regnū videor mihi ablegan-  
dus, quo vicarius Regis Lusitania iam dudū  
legatū mittere cogitat, cū aliquos nostre so-  
cietatis viris, qui hac occasione conabūtur  
efficere apud Regem, ut ibi tuto posthac li-  
ceat fidem predicare. Idz, mihi credo impo-  
situm iri, vel ob id quod aliquā diu Sinarum  
regnum

regnum perlustrarim, & via descriptione,  
 qua eò itur, primus attulerim: nec sit hic al-  
 lius, qui gentis regionisq; notitiam habeat.  
 Accedit corporis robur ad labores perse-  
 rendos. Quemadmodum igitur Iosue &  
 Calephus terra sancta exploratores erant,  
 & de regionis fertilitate inquirebant, loca  
 quoque perlustrabant, per que populo Dei  
 facilior esset aditus: ita longè felicissimum  
 me iudicabo, si ad Dei maius obsequium  
 huius itineris veluti dux quidam eligar, alijq;  
 terram promissionis viam precam. Deum  
 Opt. Maxi. precor, si eò me vocare visum  
 erit, ut id ad ipsius gloriam sit, & Sinaru,  
 nostramq; omnium salutem.

Coccini Prid. Cal. Ianuarij.

Anno 1561.

EX LITERIS R. P. LVDO-  
 uici Froisii ad fratres suos in Christo.  
 s. Nonas Octobris scriptis.

Anni 1564.

ARGVMENTVM.

Scribit, quomodo ad varias insulas ob bellia  
 eos tumultus Societatis homines vagentur,  
 ipsorum

Ipsorum ædes templaque & oppidū Icoxiura  
 conflagrarint, grammaticam Iapanicam ad  
 concionatorum vsum conscriptam. Taguxis  
 manorum summa in aduersis & conflagra-  
 tione tolerantia refert, singularēque piete-  
 tem, & sanctos quibus distinentur occupa-  
 tiones, meditationēque: affectūque erga  
 res sacras, quantāque religione quadragesime  
 tempus, sacra hebdomada transigunt, vni-  
 uersūque insulæ populum Christi sacris  
 imbutum, esse ecclesias singulas Societates  
 habere, quæ epulum præbent omnibus certis  
 diebus. Dein agit de potentissimi Bonzi Fir-  
 rando eiectione, qui Sacerdotes nostros vrbe  
 eiecerat, ædes Christianorum incenderat: de  
 Bonzæ iam sanctorum ascriptæ numero, cō-  
 uersione & pietate, virūque ipsius Dei ope  
 post baptismū receptis. Deinde quo astu rex  
 impijssimus Firandinus Societatem Iesu ad-  
 mittat, ac templum reparari sinat, & qua pō-  
 pa & celebritate turpiter eiectioni reducantur:  
 cur in hac ciuitate Societas admitti tantope-  
 re cupierit. Postremum de puerorum indos-  
 le, alacritate, & summo ingenio, & Regis Ri-  
 mensis Christianorūque in orbem restitua-  
 tione, & fructu summo qui Meaci fit agens,  
 finem facit.



*V*periori anno initium ad  
 vos scribēdi feceram, verum  
 incommoda valetudo dimi-  
 diam epistola partem, qua  
 longiuscula fuerat, exarare  
 ulterius

Bellorū  
tumultus.

Totū pe-  
ne oppi-  
dum con-  
flagratū.

ulterius non permisit. Quo factum est, ut  
quam ego ad exitum ducere nō potueram,  
P. Cosmas Torres, Michaeli Vazto, quem  
in Sinam miserat, absoluendam cōmitteret.  
Erat enim ipsi oculato, ut aiunt, testi haud  
difficile, omnia qua attigerā enarrare. Bel-  
lorū molestias nō paucas sumus experti, quæ  
comitari solent cōflagrationes. Constituitū  
erat P. Cosma, ut illustriora vasa, pretiosio-  
raq. ornāmēta, elegātiorem suppellectilē, a-  
liāq. id genus, inter quæ altaris frontispiciū,  
ut vocāt, auro contextū, cistā vitreis vasis  
refertam, & vrseos muneribus satis accō-  
modatos, capsā, quam ab Indis attulera-  
mus, inclusos, Christiano cuidā seruāda tra-  
deremus, ut in loco incendijs minis exposi-  
to reponerentur. Die verò martis qui qua-  
dragesimam proximè antecedit, anniuersa-  
ria festa celebrantibus gētilibus, domus ubi  
agebātur, repente cōflagrauit: breuiq. D. An-  
tonij domus, & tēplum, locus in super ubi  
vniuersa suppellex reposita fuerat, maxima  
deniq. pars oppidi, in cineres penitus reda-  
cta est: reliquæ D. Thomæ, quas hactenus  
diligentissimè asseruaueramus, eodē incen-  
dio

dio, ut & medicamina qua ad morbum meum  
 habebam, perierunt. Non mediocri nobis hac  
 ex re oblata est occasio, ut si quam praclaram  
 patientiam, rerumque arduarum ac difficilium  
 voluntariam tolerantiam haberemus, frigori-  
 bus istis, & rerum omnium inopia, ea exercere-  
 mus: quicquid quoque medicamenti delictis  
 meis imputandum opinor, quod ex his pra-  
 claris, ac singularibus Dei Opt. Max. tribu-  
 lationum beneficijs non maiorem fructum decer-  
 pserim. Capimus exinde in vigilijs & ex-  
 cubijs esse, ne quid nobis aut domestici la-  
 trones, aut hostes quibuscumque Regulus iste bel-  
 lum gerebat, aut excursionibus, aut latrocinijs,  
 aut armorum impetu detrimenti adferret: ob-  
 servareque si qua cymba alio navigaret, ut  
 illuc res qua supererant transmitteremus:  
 nos vero si quod obsidionis aut belli pericu-  
 lum immineret, in montes cum Christianis  
 nonnullis confugeremus, quod cum non eve-  
 niret, quievimus.

Quoniam nulla fuerant ante hoc tem-  
 pus Iapanici idiomatis rudimenta descri-  
 pta, qua ex re non modica temporis iactura  
 discendo oriebatur, Ioannes Fernandes dicitur  
 per

Grammati-  
 ca Iapani-  
 ca.



per occupationes liceret grammaticam Iapanicam, que variationes nominū & inflexiones verborū, præterita, & Syntaxeos normas, aliâque id genus necessaria continet, intra sex ferè menses obfoluit: nullo tempore aut folitus concionibus, aut necessarijs exercitationibus subtractis. Adiecit inſuper duplicem vocum indicem, alterum Luſitanas Iapanicis, alterum Iapanicas Luſitanis declarantem quod & utile fuit & magnam partem nobis ademit.

Taquax  
xes Inſu-  
la.

Absumpto itaque ſtāmus oppido Icoxiura, ac templo noſtro cum adibus incenſo, P. noſter Coſmas non mediocri moleſtia affectus, & viri Chriſtiani qui ipſum querebant, Ludouico Dalmeida, & Iacobo Gilis comitibus, nauem qua tum in Chinam reuertebatur, conſcendit, proſecturus poſtera die Taquaxem, quod oppidū eſt ſub diſtione Regis Bōgani. Sed quoniā ea ipſa nocte nauicula dua Firando illuc appulere, per quas accerſi me voluerat D. Bartholomeus: Patre ſalutato in inſulā iſtam Tanguccimam tertiana febris quarto iam mēſe laborans proſectus ſum: ubi chariſſimum fratrem

IOAN.

Ioannem Fez inueni, cui non solum meus aduentus & incundissimus & expectatissimus fuit, sed & oppidani, quibus enim per occupationes licuit, aut in byntribus locus datus est, in mari mihi obuiam uenerunt, alij ad littus nostrum aduentum expectare. Ausim affirmare fratres mei, nullam me aut maiorem hac, aut tantam unquam sensisse consolationem. Quis enim cum in his tyronibus tantum Christi amorem uideat, studium & beneuolentiam qua nos prosequuntur, non exuliet ac gestiat? Certe ea erat omnium alacritas & gaudium, tanquam si caelitus delapsi essemus.

Congratulatio  
Taguxi-  
manorū  
ob adue-  
tum Ioā-  
nis Fezif

Erat eo tempore quo ad hanc Insulam accessi, D. Antonius in castris, & Elizabetha uxor Firandi: quae ubi primum certior facta est de meo aduentu, expeditos, qui me inuiserent, & salutarent, nuncios misit. Cōueniunt etiā nonnulli e suburbij Christiani, qui dari sibi sacras corollas et imagines Veronica si quas ex Indijs cōferremus, multis precibus & lachrymis postulabant. Quanti faciunt spherulas, quibus preces numeratur aliq̄ pietatis incitamenta, nec est animus dicere:

dicere: nec si esset, possem. Dicam tamen votis eorum neutiquam satisfieri, nisi mensem unum, duos aut tres lachrymis & meditationibus efflagitando perseverent, ut pietatis studium, quo tantopere tenentur, augeatur, foueatur, accrescat. Quia verò templum habebant angustiùs, quod dominicis, & festiuis diebus non caperet omnes, qui tum Firando, tum ex alijs insulis, ad audiendum sacra, concionesq; conueniebāt: maius illud & capacius, quantum fieri potuit, effecimus, sacrarium addidimus: omnia deniq; parata, constitutaq; sunt, quæ ad hie mandum eo in loco necessaria videbantur. Quibus cōstitutis, quanta maxima diligentia potuimus, Deo (cuius cōsilia neq; scimus inuestigare, nec certè sufficimus) sic disponente, ne quam laxationem nobis polliceamur, die veneris, quæ proxima est dominica primæ Adventus, cum & frigus vigeret, & maxima niuis copia de cælo caderet, laborāte me morbo infestissimo, dum Christianus quidam cæcos facturus, in culinam se confert: adherescere stipulis ignis cœpit, è quibus domus structa erat, atque ita non  
modò

Domus  
& templi  
Societat.  
cōflagra-  
tio.

modo culina, promptuaria, cum supelleſtilibus, verum etiam vniuerſa domus noſtra, templum cum ſacrario, atque quindecim pauperrimorum Chriſtianorum caſe, qua templo proximiores erant. penitus cōſlagrârunt. Quod vt erat miſerrimum, id nobis miſerius viſum eſt, quod libri Ioānis Fex, in quibus ille Iapanicè dominicarum totius anni ſermones, & orationis dominicæ, articuloꝝq; fidei, & Angelicæ ſalutationis ſingulares interpretationes, luculenter & copioſe, multoꝝ labore, deſcripſerat, eodẽ incendio conſumeretur: vt omittã alia id genus nobis admodũ neceſſaria: è medio tamen igni Dei Opt. Maxi. beneficio erepta ſunt ſacra veſtes, et altaris frontiſpicia, quibus in ſacris opus erat. Vnum hoc loco videre erat, quanta cum animi tranquillitate, & longanimitate calamitatem eam, pauperrimi Chriſtiani omni re familiari, teſtiſq; deſtituti tulerint, quodq; magis admireris, noſtram potius quam ſuam vicem, & condolebant, & flebant. Nos in domum amici noſtri Chriſtiani cōſugimus, ubi ſubſtrata ſtorca, & ligno capiti ſuppoſito pro

Patiẽria  
inſulano  
rum.

cervicali, quousq; febris recessisset, decubui  
 Conuenerunt eo multi & viri, & feminae,  
 qui fortunam meam cum magna animi  
 acerbitate ferre videbatur, & qua sunt a-  
 nimi lenitate, aegestate mea permoti, ex-  
 uentes vestes, hys ne frigore nimio laderet  
 fouent: & pro victus tenuitate reig; fami-  
 liaris, cuius maximè oppidani laborant, pe-  
 nuria, quidā mihi duas, aut tres cochleas  
 ad comedendum porrexere, quidam capes  
 virides, quidā allia: qua ob id refero, ut in-  
 telligatis quibus agrotorum solētur hinc mo-  
 lestias, nec enim Europea hinc sunt delitia  
 & cōmoda: nōnulli tamē Christiani qui eo  
 tēpore Firādo, Facata & Iocoxima conue-  
 nāt, vberioribus nos cibarijs septē, aut octo  
 diebus aluere. Quae verò ex ipsis incendijs  
 faucibus abstulimus, pauca admodū fuere,  
 oriza aliquid, culcitre, pallia, indusia, quae  
 omnia ad cultū, & ad victū Christianorū,  
 liberorumq; suppeditanimus, ut vel hoc re-  
 medio prateritam iacturam, molestias quo-  
 cunq; modo leniremus. Firādini & proxi-  
 marum Insularū incola de nostro certiores  
 facti infortunio, alij paleas, alij arundines,  
 alij fu-

alijs funes, ad nouū domiciliū extruēdū ob-  
 zulerūt: res extēplo agi cæpta est, tēplū ere-  
 ctū, domus, cōparatū ad id op<sup>o</sup> paleariū quod  
 aliquātū distabat: pauperibus insu p in suis  
 edificādis casulus adminiculū prætitiimus.  
 Deniq<sup>ue</sup>, ex hac tāta calamitate oīm, & mi-  
 seria, nil nisi letitiā & inaudita erga nos be-  
 neuolentia omniū testimoniū cōperimus.

Postquam 20. dies hic essem cōmoratus,  
 Dei Opt. Max. ope in pristinam valetudinē  
 restitutus sum, cæpiq<sup>ue</sup>, sacra facere, fratre no-  
 stro Ioāne Fezo, ut antea solet, concionāte:  
 ex qua re maximos vberimosq<sup>ue</sup>, in Chri-  
 stiana disciplina progressus Taguximani  
 fecerūt. Quadragesimali præsertim tēpore,  
 cū de sacramēto pœnitētia deq<sup>ue</sup>, cruciatib<sup>us</sup>,  
 tormētis ac supplicijs Christi sermonē insti-  
 tui. Cuius quidē progressus eā causam esse  
 existimamus, quod hi integritatem & in-  
 nocentiā peculiariter ament, quodq<sup>ue</sup>, pietati  
 dediti sint, et ad sinceritatē propēsi, ad sacra-  
 menta cōfessionis, et Eucharistiæ prop̄tiores,  
 ad corporis maceratiōes sustinēdas infracti,  
 ita ut semper immēsum aliquid desiderēt,  
 quò natura vitia extirpātes in supremum

Taguxi  
 manorū  
 virtutes.

virtutis gradum ferantur, nec satis esse pu-  
 tant, ut quam virtutem magnoperè exo-  
 piāt, assequantur, verūm etiam quod rarius  
 est, & prope inauditum, res cognitione di-  
 gnissimas eo studio & cōstantia contēplan-  
 tur, ut præter communē exercitacionē, qua  
 ad diuina crucis mysteria meditāda singu-  
 lis noctibus consurgūt quāplurimi, à prima  
 nocte ad intempestam vsq̃, serè eadē exer-  
 citacione perseuerent. Per id tēporis, quo hic  
 morati sumus, eos dies, qui Christo domino  
 & præcipuis sanctis solēnes sunt, summa cū  
 reuerentia & obseruatione celebrauimus.  
 Cōueniebāt eò tū isti, tū ex Firādo, & alijs  
 insulis Christiani, ut aliquod oblectamētū,  
 solatiūmq̃, in domino reportarēt. Vnū est  
 aut, quod acerbè molesteq̃, ferunt, ac dolorē  
 maximū omnibus inquit, ad eò ut consump-  
 ptis lachrymis infixus adhuc animo dolor  
 inhereat, esse nos Iappanici, & se Lusitani  
 idiomatis ignaros, quò sit ut cōfiteri peccata  
 multi nequeāt, & sacrosancto Eucharistia  
 sacramēto, cui summo perè sunt addicti, non  
 utatur: & si quādo vsu venit, ut quēpiam  
 ad hæc salutaria sacramēta accedentē cōspi-  
 ciant,

Festorū  
 celebri-  
 tas.

ciāt, inuidere sese frequēter affirmāt. Natali die Christi Iesu seruatoris nostri elaboratum est, ut tēplū quā spledidissime ornaretur. Misit D. Elizabeth filios, ut diē festū celebra-  
rēt, amplificatūq; bona ex parte templū est, quod tam ingentē eorū, qui vndiq; conue-  
nerāt multitudinē, nequaquā caperet, tāta est omniū erga hunc diē animi propēsio, nec  
minor, qua diē dominica passionis prosequū-  
tur. nā eo die vesperi impariito tenui victu,  
quantū ieiunia patiūtur, sese diuiserūt, hinc  
viri, inde fēmina, veteris testamētī gesta,  
vniuersitatis creationē, lapsum Ada, aquarū  
inundationem, diuinorū vatū oracula huic  
mysterio accōmodatissima recitauerūt, do-  
nec primū sacrū fecimus, & exinde duo a-  
lia, quibus totidē conciones adiuncta sunt.  
Illi autē ut sunt omnes probitatis, et melio-  
ris viuendi rationis auidi, ita omnia qua  
sunt ad eā oportuna & necessaria, diligēter  
imò importunē à nobis vsq; ad molestiā (si  
hęc religiose vite argumēta molestiā nobis  
augere dici possint) sapē dari sibi rosaria,  
imagines sanctorū ossa ac reliquias petunt.  
Nonnullas tradidi, ut & partes typi ex cara



sacra Agni Dei impartiri: quod cum inno-  
 tuisset (quia is mos inoleuit, ut quod uni  
 tribuimus, reliquis nō negetur) Vndiq; nauic-  
 culis cōuenerūt, reliquias quas suo idioma-  
 te, Amoris, appellāt, esflagitantes. Oratio de  
 earū usu habita est, quō pluris eas facerēt,  
 & eo loco quo oportet, sine errore haberent.  
 Atq; eo modo distributa sunt, ut vel paruas  
 partes in 50. vel mille interdū iuxta Chri-  
 stianorum numerum, diuidere cogere-  
 mur. Quibus thecas quisq; construebat, quidam  
 ex cupro, alius ex aurichalco, alius ex argē-  
 to, altera ex parte nomen Iesu cū spine a co-  
 rona circūposita, ex altera crucē tribus cla-  
 uis suppositis insculpi curarūt. Ineunte iam  
 quadragesima tēpore, tantū in eis pœniten-  
 tia studiū, tantū, ut in se animaduertant,  
 cura est, ut in summā me admirationem  
 traxerint: nā cū ferē omnes preter inopiam  
 cōparando victū multo labore corpora exer-  
 ceāt, preter spōtanea ieiunia, & sacrōrū cō-  
 cionūq; frequentiā, bis in septimana à die  
 cinerū, ad festū vsq; Pasche, finitis letanijs,  
 quas singulis noctibus recitare cōsueuerūt,  
 verberibus se excipiebāt: idq; eo animi mo-  
 tu, &

Summū  
 Infulano  
 rum ī se  
 peccatū  
 vindicās  
 di studiū

Angulth  
 ou. f

tu, & cōtentione factitare solēt, ut fletū cū  
 singulis, et lachrymas cū sanguine vide-  
 re potuisses, præsertim diebus veneris, qui-  
 bus, ut mos erat, frater noster cōcionabatur:  
 cōtingebatq; plerūq; ut dato ter quaterq; si-  
 gno, nō modo nō cessarent, sed & acrius &  
 acerbius se caderent. Sed quoniā quāpluri-  
 mi huius insula sacris septimane sancta  
 nunquā interfuerant, dedimus operam ut  
 quemadmodum occasio, resq; postularet, so-  
 lenniter peragerentur. Dominica passionis  
 supplicatio circa templū habita est, & quo  
 tempore Christi Domini verbera, flagella,  
 mortemq; recitabamus, ingēs cū lachrymis  
 clamor audiebatur, nec minore fructu te-  
 nebrariū, quæ vocāt, sacra, celebravimus, sa-  
 cro sanctumq; Christi Domini nostri corpus  
 constructo sepulchro, intulimus, viris 4. ar-  
 matis, qui sepulchrū obseruaret, additis: q-  
 bus omnibus peractis, habitoq; sermone de  
 sacra Domini cæna, duodecim pauperri-  
 morum hominum pedes abluimus, quod  
 quantos eis ad virtutē stimulos addiderit,  
 non ignoramus. Eodem die Iouis à pran-  
 dio, quoniam omnes insula huius ciues se  
 Christo

Sacra  
 hebdo-  
 madæ of-  
 ficia cele-  
 brata.

Oēs Insu-  
 lani Chri-  
 stū sunt  
 amplexi.

Christo totos tradiderunt, Firandi & proximarum insularum frequens adhuc est gentiliū numerus.

Quamplurimi Christiani è priuatis domibus vestes & flagella secum afferentes, cōuenēre ad supplicationem, & licet ea die vehemens ventus, imbergq; maximus immoderatam tempestatem concitauerint, ab instituto tamen non desciuerunt. Qua res feminis studium ingessit, ut rem eandē non minus sanctē quam honestē postea instituerent: Eodem die tres ferē horas in concione cōsumpsit noster Ioannes, quam illi propter ardētem animi affectum & lachrymas attentē audiuerunt, ea enim natura est, ut facile in lachrymas prorumpat.

Die sabbati constitutis omnibus, quae tempus & ratio postulare videbatur, parato Paschali cereo, aquam sacrauimus, quam omnes, pra admirabili affectu, & studio, quo illam prosequuntur, certatim vasis abstulerunt: asportata deinde est Firandum, Facatam, & in alias viciniores insulas, & instar sacrarum reliquiarum diligentissimē obseruata.

Die

Die Paschatis preciosioribus vestibus eleganter, expoliti, atq. luculenter adornati omnes, fertis redimiti, & rosis nō solum viri, verum & fœmina, expectaturi solēnem supplicationē, & rem sacram, conuenerūt. Demum omnia, Dei Opt. Max. in cuius gloriam totum id quantumcunque fuit redundet, ope & auxilio, ea letitia, iucūditate, & consolatione peregrimus, ut maiori fortē ubi res eadē solemnus fieri solet, peracta unquam non fuerit: id tamen addiderim externo nos caruisse apparatu & elegantia, quod quidem multo maiorē in nobis letitiam effecit: vti sumus tamen eo tempore peripetasmate, sub quo sacrosanctū Domini nostri corpus in calice circumtulimus, frater noster alba veste indutus, serisq. redimitus, macie licet cōfectus, & adeo debilis, ut vix se pedibus continere posset, præibat iucunde decantās: Dic nobis Maria, quid vidisti in via: cui alternis vicissitudinibus senex ligno peluim pulsans, (neg. enim alia sunt apud hos ciues musices instrumenta) respondebat. Ea die Christiani omnes domi nostra prandium sumpsere  
Christiani  
 ni in dos

mo So<sup>z</sup> cietatis e  
pulo ex  
cepti.

sumpsere, quod identidem ex more celebrioribus quibusq; festis, præsertim die Visitationis B. Maria, in singulis tēplis à viris religiosis, qui operæ pietatis exercent, eleemosynisq; distribuendis præsent, de sodalitate misericordiae dicuntur, fieri cōsuevit.

At ne hoc silentio prætereundum censeo, quòd sancta septimana apud Firandum contigisse accepimus, quo incredibili propemodum letitia affecti sumus: eo enim euentu, Dei iudicium, ac singularis planè providentiæ patefacta est, qua rebus ad propriū honorem & gloriam spectantibus consulit, & prospicit: licet homines, quorū mēs ita obtusa est, ut quæ sensibus remotiora sunt, nō dicā intelligere, sed ne suspicari quidem possint. Erat inter præcipuos Firadi ciues un<sup>o</sup> omnium serè nobilissimus, de genere Bonzorū: cumq; apud suos locum obtinebat, quem apud nos Præsul quivis, aut Archipræsul consuevit: hostis vere religionis infestissimus, ad cuius imperiū & iussum cruces auulsa, & impudentissimè confraeta sunt: P. Gaspar Vilella aliq; patres nostri explōsi, & cecēti, & exterminati, tāto odio,

Bōzi pos  
tēcissimi  
summa  
impietas  
in Chri  
anos.

odio, & malevolentia nos insectabatur.

Quam rem Dominus Antonius moleste ex  
agere tulit, & ob magnam nepharij hominis  
familiam, perditum eius conatum facinus, se-  
ditionemq; cohibere non poterat. Cum itaq;  
D. Antonius una cum Firandi Rege in  
castris essent, obnixè petiuit Bonzius iste per  
litteras aliquantam ruris partem, ut tem-  
plum quod vicinum erat, maius redderet.

Negat D. Antonius. Ille ut erat animo elato  
& superbo, inique ferens responsum, pradia,  
ruramq; omnia iubet concremari: & quonia  
in more positum est apud eos, ut non impunè  
quis facinus aliquod patret, D. Antonius  
certior de re factus, tantundem pradiorum  
insani hominis comburi iubet. Ille, ut in re  
pessima nemine inferior, quinque, aut sex do-  
mos Christianorum, qui D. Antonio fa-  
mulabantur, incendit. Cum significaretur &  
id D. Antonio, ex templo Regem adiit. Non  
sunt, inquit, o Rex, huius fraudulentis, fal-  
lacijs & perditissimi hominis facinora  
toleranda, & nisi tu, qua tua est inte-  
gritas, in eum animaduertas, occidam  
ego eum.

Res

Rex verò, cui D. Antony opera & concilium pernecessarium erat, præsertim in rebus bellicis, in quibus secundus à Rege uniuerso exercitui dux præerat, quasi uehementi animi dolore percussus atque commotus, quo supplicio illata iniuria possit vindicari, rogat. Ille verò, quia omnes, inquit, Patres è Firādo istius hominis potestas expulit, et alia fecit, quæ breuitatis causa omitto: Ipse quoque domo urbeque expellatur, prædia verò & redditus alijs distribuatur, ne ullam aliquando spem redeundi habeat, quæ omnia breui effecta sunt. Iam verò quanto cum animi sui dolore & molestia primates viri exiliū Bonzi tulerint, & quanta Christiani homines, qui sæpe è crudelissimi tyranni, & nepharyi hostis manibus erepti fuerant, lætitia affecti fuerint, quis poterit enarrare? Denique inexplicabilis Dei Opt. Max. sapientia rem, ut par erat, & constituit, & perfecit: veruntamen ne Firandi Regem aut huiusce rei fauorem fuisse, aut aliquid in eam studij & laboris impendisse arbitremini, necessitas eò compulit etiam inuitum, ut rem eam permiserit. Nam licet proprij

Eiusdem  
cistio.

prius tantum commodi ratione motus, cui se  
 ille perpetuum seruum mancipauit, Lusitanis  
 placere diligenter studeat: est tamen  
 Christiani nominis hostis teterrimus, qui no-  
 stris hic nec degere, nec templum edificare  
 cōcederet, nisi inde & sibi gloriam, & uti-  
 litatem, regnoq; suo consecuturum se spe-  
 raret. Per duos menses, quo in hac insula  
 Taguxima commoratus sum, nauem con-  
 scendere non licuit, ut vel ad propinquo-  
 res insulas sex solum miliaribus distantes,  
 ob bellorum frequentes tumultus, accedere  
 licuerit: quod non sine D. Antonij iudicio  
 & sententia obseruauim. Verum Christiano-  
 rum summum desiderium ad conciones &  
 res sacras audiendas effecit, ut fratrem ad  
 eos semel atque iterum miserim, qui &  
 ob singularem omnium erga ipsum bene-  
 uolentiam humanissimè exceptus est, & in  
 recitandis Christiana disciplina rudimentis  
 incredibiles penè progressus fecit, spirituali-  
 bus colloquijs ad gentiles habitis quamplu-  
 rimos ad religionē adduxit, præter eos, quos  
 ad eandē rem instituit, quibus quia famuli  
 erant gentilium dominorum, per aliquod  
 tempus

Lucro i-  
 dolo ser-  
 uūt mal-  
 ti.



Bonzo  
rū priuis  
legia que  
suis deuo  
tis do  
nant.

tempus baptismum differēdū existimauit:  
inter eos qui Christianam disciplinam am-  
plexi sunt, vetula extitit nobilis & amplif-  
sima familie, qua delubra omnia, Idolis  
consecrata, ex voto inuisere solebat. Huic  
Bonzi dederant papyraceam vestē, in qua  
gesta & facta Amedæ (quem alterum Ia-  
panum Deum esse didicistis) visebantur,  
qua ubi vitam cum morte commutasset,  
rectā in beatissimas superūm sedes euola-  
ret: Has & id genus alias, commentitiasq;  
cacodæmonis prerogativas effingunt, ut  
huic genti vere religionis experti illudant  
his in rebus, quas magno sibi precio compa-  
rārat, omnem spem suam collocārat stulta  
& insana vetula. Cum verò hic noster  
Christianū agrotum, cuius illa erat cōsan-  
guinea, & apud quem habitabat, inuiseret,  
acceresi vetulam iubet: rogat num de sem-  
piternis beatorum bonis, & vita felicissi-  
ma, deq; mundi conditore, & generis hu-  
mani seruatore, pauca vellet audire? Volo,  
inquit illa, sed oleum & operam perdes:  
negatq; se ullis rationibus, ut Christiana  
fiat, adducendā. Tunc frater cacodæmonis  
frat-

fraudes, Ameda delos, fallaciam & prestigias, quibus illa tantopere nitebatur, aperit & confutat: deinde nostra religionis precepta, leges, & instituta quàm vera sint, & consona rationi ostendit. Illa ut erat laudabili quodam affectu animi, qui in his Iapanibus maxime elucet, Christianam se protinus fieri velle dicit: fidei rudimentis statim imbuitur, atq; ubi diuino lumine cepit illustrari, vestem illam ex papyro factam, & chartas, & diplomata à demone ficta vulcano tradidit, nihil se aliud velle affirmans, præter Christum Iesum: eo postea studio ad religionis amorem inflam-mabatur, ut consolationem omnibus afferret non mediocrem, præsertim Christianis, qui cum nuper eam inimici laqueis irretitam conspicerent, vicem eius vehementer dolebant: nunc vero, quia Christiana esset, incredibili amore, & benevolentia prosequuntur. Illud mirandum sanè, quòd cum illa antea vix se mouere posset (erat enim senio confecta) nunc singulis diebus in templum conueniat, ter centies salutationem angelicam recitet quotidie, bis etiam aut ter singulis

Vetula  
cum tap  
tismate  
vires tes  
cipit.

noctibus, ad meditationibus vacandum  
 surgat. Illa me ut sacrum audiat, corollas  
 precum, & imaginis agni partes ex sacra  
 cera, reliquiasque impetret, frequenter  
 conuenit. Alia scriptu digna huic fra-  
 tri nostro contigerunt, à quibus superse-  
 dendum duxi, ne longior quàm par est,  
 epistola molestiam ingerat, dum partic-  
 culatim omnia scribuntur. Ipso reuerten-  
 te fratre, cognitòque à nobis per literas  
 desiderio, quo Firandenses Christiani di-  
 uinas res audiendi flagrarent, re DEO  
 prius commissa, statuimus, ut (licet eò tem-  
 pore infirma atque egra ualeudine esset)  
 in Firandum nauigaret, ibique in templo  
 (modo prius D. Anthonium certiore[m] fa-  
 ceret) concionaturus maneret.

Sed quoniam initio quadragesima tem-  
 plum fuerat exustum, & ea qua tunc tem-  
 poris utebantur, domus paleis extructa. Sta-  
 tim Christiani domicilium, quò commodè  
 reciperetur, edificarunt: lintrem ad tutam  
 nauigationem mittunt, gratisimo quàm  
 maximè dici potest animo, excipiunt.

Mansit igitur apud eos quindecim diebus  
 plus

plus minus, in quibus primo mane, de articulis fidei sermonem habuit, plurimis Christianis conuenientibus, quos & cohortationibus firmatiores effecit, debiles verò disciplinae Christianae ignaros, ad studium cognoscendae, & amplectendae veritatis concitauit.

Eò tempore nauigia Lusitanorum duorum iam iam ad littus appelli cōspeximus, qui etsi ab ipso Firandi Rege, ut portum intrarent rogati, & inuitati fuissent, tamē non nisi prius admonito me, ausi sunt se in portum recipere. Quapropter Firandensis ciuitatis primarius statim ad me nuntium misit, virum non infimae conditionis, qui me suo nomine saluaret, seraeque salutatio-  
 nis causam, bellicos tumultus fuisse nunciaret, meque ut permitterem naues Lusitanorum Firandum applicare deprecaretur: affirmans se quamprimum de profectio-  
 ne mea in Firandensem urbem cum nauigiorum ducibus acturum.

Quod quia utilissimum videbatur, votis eius nō potui non satisfacere, transactis autem diebus octo post ingressum Lusitanorū

Excusa-  
tjo.

maxima urbis pars concremata est, cum tē-  
 plo, ac fratris domicilio. Non cessant Lusitani duces à Rege summis precibus postulare, ut permittat nouum proprijs sumptibus templum extrui: Ille rem falsis fictisq; occasionibus in posterum consilij diem prorogat. Interea nauis alia cū Patribus, quos iam diu ab Indis expectabamus, aduentare visa est: quod ut ad me perlatum est, lēbūm expeditissimum conscendo, nauē peto, ut ducem & mercatores, ne huic portui applicarent, commonesacerem: idq; periuicendum non modò Patri Cosma Torres, sed Regi etiam Bongensi nobis omnium amicissimo ferè demonstrarem: licet nauis plenus uelis ferretur, Dux D. Petrus Dalmeida, quæ eius est probitas & beneuolentia, erga societatis nostræ Patres, statim retro cum mercibus & onere commearere uoluit. Verum mercatores, ne acerba nauigatione laborem, molestiamq; quam antea uentorum iniurijs tempestatumq; procellis fuerāt experti, renouarēt: maluerūt rei familiaris facere iacturam, quàm meis & ducis consilijs acquiescere, quamuis non ignorabant se ini-

se inimici Regis Firandensis vires auctu-  
ros, quibus Bartholomaeum Christianū Re-  
gem facili negotio bello vinceret. Igitur no-  
bis inuitis portum ingressi sunt. Sed Deus  
Optimus Maximus, cui aperta sunt omnia  
scelera, & ante oculos posita. parē pari deli-  
cto animaduersionem retulit. Nam paucis  
post diebus latrones ignem domibus, ubi  
Lusitani mercatores merces congesserant,  
iniecerunt. Atque ita ventorum impetu  
corruptis paleis partem ignis absumpsit, par-  
tem latrones surripuerunt, miserimiq; Lu-  
sitani iacturā mille centū aureorū fecerūt.

Non opo-  
temperā  
tes bene  
moniti  
rerum in-  
cturam  
faciunt:

Vix dici potest (ut ad Patres nostros qui  
tum hac naue venerant reuertar) quam  
nos refecerit eorum aduentus, tum quōd  
optatissimū nuncium, quē maximē deside-  
rabamus, de Societ. nostra suscepimus, tum  
etiā quia intempestiuē satis ob incredibi-  
les penē maris procellas, & insperati, repē-  
tiniq; salui tamē & incolumes accesserūt:  
profecti verō sunt quamprimum in Insu-  
lam sacra factura Christianis, quibus (ni  
fallor) aequē iucundus fuit eorum aduen-  
tus. Ea vna res valde animum meum de-

iecit, quod eos non humanius beneuolēque magis excipere, cum ut superius memini his fuerint nostra domicilia concremata, potuerim. Attamen illi non minus inopia domestica, & penuria contenti fuerunt, quam si delitijs & voluptatibus, ac omnibus, quae natura appetit, oblectamentis uiuerent. His ita constitutus ducem conueniens, impensē ab eo petiui, ut cum sex tantum miliaria Firando abesset, Firandensem Regem meo nomine iuberet saluari, moneeretque nequaquam, se merces suas Firandi expositurum, nisi prius patres in urbem restitueret.

Tandem  
Rex Firā  
dinus ut  
templum  
Christo  
denuocō  
struatur  
inuitus  
admit-  
tit.

Rex tamen nullam in re diligentiam adhibuit, imò negotium distulit, verum certior factus de periculo, quod regno, si nostrum ingressum impediret, iam immineret, copiam mihi quasi coactus fecit, ut urbem ingredi, templūque extruere possem. Lusitani, quibus quāto cum dedecore & ignominia ē Firando fueramus expulsi, & eiecti, compertum erat, Christianiq; omnes consentaneū rationi fore iudicauerūt, si summo vel saltem tanto cum honore, & gloria

& gloria iterū restitueremur. Preparatur igitur ad negotium Lusitana nauis, cum alio nauigio: eriguntur vexilla, nauium duces mirificè adornati choreas ducentes nos aduent: Reliqui in littore, elegantissimis vestibus compositi, & expoliti nos operiuntur.

Pōpaqua  
Societas  
tis Iesu  
Fratres  
reducū  
tur.

Firandum ingredior cum fratre Ioanne Fezaro, quo die diui Bartholomæi festum celebrabatur. Tum temporis multa tormenta emissa sunt, Christiani præ gaudio exultare gestirèque passim videbantur.

Viri atque femina eleuatis in cælum manibus tantum Dei Optimi maximi beneficium, & illud certè iam insperatum agnoscentes flebant, statimque cum ducibus & Lusitanis omnibus in regiam domum, Regi gratias acturi perreximus.

Ille nos grato animo excepit, qui quantumscunque fuit, certè nostram, quam de eo, ut de profligatissimo hoste conciperamus opinionè, vicit. Reuersi deinde D. Antonium eiusque matrem salutauimus, opportunum templo solum inquisiimus, atque ut breui extrueretur, suā quisq; pecunia pariē



nobis obtulit: collectisque 300. aureis plus minus opera mercenaria multitudinē conduximus, breuiq; adeo accreuit adificium, ut in festo Natiuitatis Virginis Mariae sacrum concionemq; summo cum omnium applausu & concursu Pater Baltazar Acosta habuerit. Per totum id tempus, quo ante nostrum aduentum Ioannes Firandi comoratus est, nonnullos ad verā Dei fidē induxit, salutari aqua lustrauit: in quibus femina fuit nobilis, cū liberis famulisq; omnibus præter alios, quibus in animo est id ipsum facere, ubi primum per hos bellicos tumultus licebit: In his etiam præcipui sunt adolescentes duo fratres, qui vehementer constantēque Christianorum numero scribi efflagitant, quorū votis, quo ad melius in Christiana disciplina instituantur, satisfacere nondum visum est.

Elapsis iam diebus acto post Patrum aduentum, necessarium duximus, ut Pater Melchior Figuredus, cui ea res commissæ erat, cum literis, & Parris qui vicem provincialis gerit mandato, Cochino cum, quod oppidum est, in Arimensi regno proficisce-

Cochino  
cum op  
pidum.

Arimen  
sis Insula

proficisceretur: ubi pater Cosmas Torres,  
 Bungenſis Regis conſilio eo tempore comor  
 rabatur. Interea etiam pater Ioannes Cabral  
 in Tagoximam inſulã ſacra Chriſtianis ſa  
 cturus, & aliqua Iappanici idiomatis trãſ  
 ſcripturus, diſceſſit. Ego verò & pater Bal  
 thazar Coſta, & Ioannes Ferdinandes, Fi  
 randi manemus. Pater nauis, qua Firãdum  
 deuectus eſt, pro domicilio utitur. Ego verò  
 in alio nauigio, ut facilius & confeſſiones  
 audire, & ſacra facere, & conciones ad Lu  
 ſitanos habere feſtis, dominicisq; diebus  
 poſſimus. Fernandes apud virum, qui ſin  
 gularis in nos benevolentia eſt, comoratur,  
 nam cum extruendi templi curam habeat,  
 multuſq; ad eum Chriſtianorum concurſus  
 fiat, non potuit non in oppido commorari,  
 quoad aliquod nobis receptaculum, iuxta  
 templum ædificetur. Iam verò cur tãtum,  
 ut reſtitueremur Firando elaborauimus,  
 multa, & hæc quidem neceſſaria cauſe ex  
 titerunt. Primum quoniam à P. Prouinciali  
 Antonio Quadro ſummè nobis fuerat cõ  
 mendatum: tum quia licet Rex iſte Firã  
 dẽſis homo ſit perditiffimus, ſictus & ſimu  
 latus

Firandis  
 ni Regis  
 Impietas

Firandis  
ni acerri-  
mi inge-  
nij sunt.

latus & occultus latro: non tamen re Christianam, quæ multis iam annis hic fuerat inchoata, fas erat negligere, præsertim cum in ea quàm plurimi sint, quos tanquam in vere religionis, sanctitatisque exemplaria proponere liceat. Accedit eo, quod per sepe maximam tum in pueris, Christianæ disciplina pietatisque accessionem recordabamur, quam præceptore Ioanne Fexofecerat: quæ certè res, ad laudem Dei Opt. Max. nos incitant, commouent, & alliciunt. Nam præstant indole, ingenij acumine, animi motu incredibili: unde fit, ut ad rerum maximarum contemplationem solertes sint atque ingeniosi, ad verborum ornatum uberes, præsertim qui ex ea insula, ubi nos toto hoc anno commemorati sumus, sunt oriundi. Recitant diebus singulis Christianam doctrinam tantacum modestia & mansuetudine, ut non modo nutriti, sed & religiosè eruditi videantur, quorum plerique sacris ministrant, letanias, psalmum 50. Canticum Zachariae, & virginis Mariae, hymnos quoque spiritus sancti, & sacrosanctæ Eucharistiæ, passionisque mysteria memoriter pronuntiant, & per

Et per multum temporis flexo genu, dominicam orationem, salutationemq; Angelicam recitare consueverunt, rogati, ut dominicis diebus à prandio fieri consuevit, de matutina concione: illi qui prouectiores sunt, audita ita habent in promptu, propter felicem memoriam, ut studuisse dicas non audiuisse tantum. Est & alia in hanc insulam reditus nostri causa, quòd in hoc Firadino portu, Sinarum merces quàm optimè venduntur, commodiusq; Lusitani huc applicant: adeoq; grati modo sunt ubique, ut iam loco aut portu nullo prohibentur, imò benignè excipiuntur. Hæ sunt cause cur manendum Firandi duximus.

Post aliquot dies ubi primum P. Melchior Figuredus Cochino peruenit P. Cosmas Torres per literas nobis significauit Regis Bungeſis opera, & industria, Rimensem Regem, atq; adeo omnem rem Christianam restituta: & indies magis ac magis religionem Christianam florescere, quæ res nò potuit nò esse nobis iucundissima, significauit: item sibi videri ut unà cum P. Balthazare Costa, si fortè nauis illuc pergeret Cochino

Cochino cum.

Rimensis Rex restituit?

nocum

nocum tenderem, remaneret autem Firā-  
 di Pater Ioannes Cabralis una cum fratre  
 Ioanne Fezo. Attamen, consideratis om-  
 nibus, qua cum Pater, tū etiā fratres nobis  
 per literas significauēre, profecturum me  
 Meacum, nisi aliunde impedimentū oria-  
 tur, mihi meus prasagire videtur animus,  
 ut meum laborem, cum maximo, tum vi-  
 ta, tum sabutis discrimine P. Gasparo Vilel-  
 la subleuando impertiar. Est enim ille iam  
 corporis doloribus penē confectus, nec tamē  
 in suo studio cessauit unquam, nec cessat  
 adhuc. Experientia quoque iam comperi-  
 mus, quātos ex diuturna perseuerantia fru-  
 ctus perceperit. Nā cum eum antea omnes  
 oderint, despexerint, & iniurijs affecerint,  
 sepius etiam lapidari, adeoque urbe ipsa  
 ignominiose eiecerint: nunc nō modo apud  
 primates ciuitatis, verum etiam apud ip-  
 sum Regē, qui primus est inter omnes Iap-  
 panenses, in honore est, & precio, eumq; &  
 in primis colloquijs extollunt, & summis  
 laudibus publice prosequuntur, vehementerq;  
 letatur, si quādo cū eo sermonē cōferre co-  
 tingat. Quamplurimi etiam non vulgares  
 viri

Vilella la-  
 boribus  
 confectus.

Gratissi-  
 mus Mea-  
 ci qui an-  
 te exosus.

viri ac fœmine Christianam fidẽ amplexi  
 sunt. Quapropter Pater ipse septem templa  
 in suburbijis extrui curavit. Hæsterna die  
 quidam mihi retulit Christianos omnes, &  
 optare et efflagitare alium Patri comitem,  
 qui eum tot, tantisq; laboribus subleuet: fie-  
 riq; plerumq; quoniam vrbs magna est, vt  
 Christiani eò conferre se non possint, vbi &  
 sacrum fieri, & cõciones haberi consuetum  
 est. Non modò vllam temporis iactu-  
 ram facere se putant, dum sacris coborta-  
 tionibus, Patris cõcionibusq; intersunt: verò  
 etiam id seruis suis suadere conantur, nul-  
 loq; in negotio, aut re magis necessaria tem-  
 pus omne vtilius collocari arbitrantur. Iam  
 verò, quid hoc anno Meaci, Bungi, & Co-  
 chinoci, nostrorum opera & labore effectũ  
 fuerit, omitto: curabunt enim illi, qui his in  
 locis degunt, vt omnia diligentissimè enar-  
 rent: Ego verò vos, quæ vestra est beneuo-  
 lentia, amor, atque pietas, iterum atque ite-  
 rum deprecor fratres charissimi, vt nos, &  
 me imprimis omnium miserrimum, vestris  
 & orationibus, & sacrificijs commendatos  
 habeatis. Faxitq; Deus Optimus Maximus:  
 vt nos

Septem  
 templa  
 in Meaci  
 Suburbij-  
 bus exa-  
 tructa.

*ut nos omnes, & quid ipse velit intelligamus, & quod præceperit exequamur. Valete Firandi, 3. Nonas Octob. Anno 1564.*

Luis Frois.

**R**EX LITERIS PETRI  
Mascarenes, Ternate Idibus  
Novembris scriptis,  
An. 1564.

ARGUMENTVM.

**R**ex Ternatæ Celebæ insulanos, christum sibi  
annunciari sum mopere cupientes, ad Mahua  
metanā perfidiā, cuius erat studiosissim<sup>9</sup>, per  
trahere vi armorū & dolo nititur, misis mi  
litibus & sacerdote, non solūm hi cum suo  
Rege & principibus, sed alij etiam insulani  
& Reges Christiani fiunt. Varia deinde me  
morat oppida & insulas, vt Sichaoniam Ba  
tacinam, &c.

Charissimi in Christo Fratres  
Pax Christi.



Nulla breuiter perstringam  
que superiori anno in his  
Moluccis insulis contigere.  
Clasē instruxerat rex Ter  
nata Mēse Maio anni se ses  
quimi-

quimilefimi sexagesimi tertij, ut vi & ar-  
 mis ad Mahumetanã dementiã (cuius ipse  
 est ardētiffimus cultor) gen<sup>o</sup> hominũ, vulgo  
 Celèbes, siue Celebres impelleret, totiusq;  
 negocij curam principi filio suo Baba sum-  
 ma diligentia commisit: quo regis consilio  
 cognito, præfectus Regis Lusitania rectorẽ  
 cõuenit, petens aliquem ex nostris, qui ad  
 Celèbes mitteretur, ac de Christiana fide  
 edoctos baptizaret, antequam regia classis  
 eo appelleretur, idq; ideo maxime fieri po-  
 stulabat, quod Celèbes haud ita multis elap-  
 sis diebus, missa legatione, summis preci-  
 bus ab eo efflagitãrat, ut sese rudes & igna-  
 ros homines aliquis Christiana disciplina  
 informaret. Re diligẽter animaduersa, atq;  
 in primis Deo Opt. Max. commissa, visum  
 fuit Patrẽ Didacũ Magaliades eo proficisci  
 debere. Quãprimũ igitur summa diligẽtia  
 paratis actuarijs nauibus, impositisq; militi-  
 bus, è portu soluẽs, eo cõtendit. Quo accepto  
 nũcio, rex Ternate dira minatus Celebibus  
 consilium ad dolum conuertit, quo rem iam  
 nostris propè confectam perturbaret. Itaque  
 in vulgus spargit aduentare atq; propè iam  
 esse



Per sum-  
mas tem-  
pestates  
maris ce-  
lebribus  
occurritur.

Manadū  
ciuitas.

Sichao  
insula.

esse quorundā hostium classem: increbescit fama, prefectus Patrem cum militibus in medio cursu reuocat. Interim cognito per speculatores rumoris mendacio, Deus pro sua bonitate calamitosum illum populum, errorum prostrigatis tenebris, sua fidei splendore illustrare voluit. Rursum igitur Pater iter ingressus est, licet tunc temporis ob uentorum marisq; maximam tempestatem difficillimum & periculosissimum esset: ita ut asseuerarent omnes ea nauigatione nihil aliud quam naues & homines miserabili naufragio exponi. His tamen nihil a sententia deiectus prefectus, cōpulit milites portum discedere: ac tandē placuit Deo Opt. Ma. ut ad portū Manadi applicarent, dierum 4. itinere ab insula Ternate distantē, unde postmodum ad Sichao profecti sunt. Verum quid in ijs locis actum sit hactenus, & quis sit rerum status, eiusdem Patris Didaci literis ad nos missis, quarum subijciam exemplum, facile intelligetis: habet igitur ita.

Tandem R. P. in hunc portum Manadi deuenimus: uidisses ilico me uixdum & navi egressum, cum maxima frequentia a multitu-

multitudine stipari, quòd tum Rex ipse, tum  
 reliqui omnes hæcenus sacratissimo fonte  
 ablui desiderauissent, ad portū Zocolæ iter  
 destinauerā: verum aliud nihil potui quàm  
 diebus ferè 15. fidei rudimentis (pro eorum  
 captu) expositis, Regem cum mille & quin-  
 gentis baptizare, baptizaturus & reliquam  
 multitudinem ubi primum rediissem.

Sunt hi (quos vulgo Manadanos appel-  
 lant) admodum bellicosi: iamq; sui nominis  
 terrorem cæteris huius orbis populis incu-  
 serunt. Ereximus in hoc littore Christi cru-  
 cē, Regi Christianissimi Regis Sebastiani  
 vexillum dedimus, Sichaonie Regi alterū,  
 quem vnà enixissime id postulante[m] ba-  
 ptizauimus. Hunc accepi apud suos equis-  
 simum iustitiæ cultorē esse, exercitū educe-  
 re sex millium virorum, atque in tota Si-  
 chaonia hominū 25. millia degere, Insulam  
 præterea feracissimam esse, ac multos fon-  
 tes habere, aquas omnes salubres.

Ex Sichaonia soluentes ad oppidum Bo-  
 lam appulimus, ubi nos non inhumanè do-  
 mo hospitioq; excepit Monadi Regis filius,  
 quē haud ita pridem summa violentia Rex  
 Chigre-

Zocolæ  
 Portus.

Reges Ce-  
 lebun  
 & Sicha-  
 onis cū  
 mille quī  
 gentis ba-  
 ptizati.

Manada-  
 ni Bellico-  
 sissimi.

Bola opa-  
 pidum.

Regius  
filius Bap-  
tizari cu-  
pit.

Chigreguzarata ad Mahumetismum cœ-  
gerat, quam sibi vim illatam etiam tū gra-  
uiter ferens, summoperè à me contendebat,  
ut & sibi sacro baptisinate iam dudum in-  
tereunti opem ferrem: cuius quidem la-  
chrymis cedere mihi tunc temporis visum  
non fuit, quòd virus hoc pestilens Mahu-  
metice contumacia semel haustum, altius  
in pectore insidere solet, tenaciusq̃, quam ut  
facile euomi possit: ubi tamen rediero (re-  
dibo autem, ne datam illi fidem fallere vi-  
dear) baptizabo. Huius Principis oppida  
omnia, quæ septem vel octo sunt, à gētili-  
bus incoluntur idololatri: numerum omnium  
esse 15. millium plus minus constat.

Canripa

Posthac in Canripam discessimus, ubi  
in angusto littore, amplo circiter bis mille  
passuum sex oppida visuntur: in ijsq̃ indi-  
genarū ac ciuū tria millia aut eo amplius,  
qui me sepius in ipso littore cōfertim cingē-  
tes, multis precibus egerūt, ut & ipsi bap-  
tizarētur. Baptizati aut tū quidē primarios  
viros ac principes: reliquos qui ex vulgo e-  
rant, non multo post. Statuimus etiā hoc in  
littore crucē aliam iuxta primū Oppidum.  
Posthac

Insulano-  
rum ad  
Bap-  
tismum de-  
siderium  
Principes  
Baptiza-  
ti.

Posthac soluentes profecuti sumus iter reliquum ad oppidum Totole, in quo itinere dies quinque consumpsimus: eo tandem applicantes non inuenerunt milites id cuius gratia missi erant. Siquidem relictum ibi tormentum seu (ut alij notius dicere malint) bombardā abstulerat Chigilgurarates.

Totole  
oppidū.

Mirum est quā immane & crudele odium insulares omnes in Saracenos susceperūt, ita ut eorum sectā veluti extremam dementiā, ut est penitus, odisse cœperint & execrari. Hinc iterum ad Canripā defleximus, ubi denuò cū maxima frequētia populus ad nauim cōfluxit, postulans identidē, et hoc tātū, ne liberos & uxores perire sine re, baptismo nō ablutos: et quidē grauius iulissent, ni omnium precibus cessissem. Itaque octo dierum quibus apud eos hesi spatio, duo millia hominum baptizauit. Hinc rursus Manadū reuertimur, quo in oppido adhuc maneo, quod id in tota Celēbiū ditione primū est & caput, ubi & fundamenta iaciēda existimauerim, ut reliquā regni molem in Christi templum conuertamus: itaq; hic manere constitui, quoad nauis Indica

Odium  
Moluccē  
fium in  
mahume  
tismum.

Duo mil  
lia Cāris  
patarum  
abluti.

Manadū  
caput Ce  
lēbium,

appellatur, ac tum si quidem in ea ex nostris sacerdos aliquis aderit, gratissimū erit, ut apud eum delictorum sarcinam deponā: graue enim est non habere cui totum animum aperias, quare per tuam in me pietatē, per Christi crucē te rogo, ut ad hāc solitudinē mittatur seruus aliquis, qui ubi primum venerit in Sichaonia insulam, quae huic bidui abest, proficiscar. Iam dudū enim illic misera plebes ad Christum anhelant. Ferunt autem genus hominum esse non inhumanum, elegātis ingenij: nunc verò durum & molestum est eō proficisci, cum hīc ij quos baptizauī, instituendū exactius sint & informandi: quibus postquam fecisse satis videbor, in Sichaoniam me conferā: Ac prius quidem quā ullum ad baptismum admittam, diligenter in fidei rudimentis seu catechesi exercebo: ad quam rem mensibus quatuor vel pluribus etiam opus erit, dum interim sociorum penuria laboramus. Quod si non tres ut minimū in hanc Prouinciam mittantur, tantis miserarum gentium clamoribus fieri satis nullo modo poterit. Sichao enim insula quae sub unico Rege

Sichao  
niorum  
indoles.

Sichao  
Insula  
25000 ho  
minum  
habet.

Rege ad 25. millia hominum continet, unū  
 exposcit, an merito, videat quicūq; de re a-  
 guissimè iudicare novit. Manadū secundū  
 & tertium. Cariaxa Manada abest dierum  
 4. itinere, in eaq; duo millia Christianorum  
 sunt, atque inter eos Regni totius primarij  
 & principes.

Cariaxa  
 2000.  
 Christiano-  
 norum.

Insula Batachina plurima habet oppida,  
 nec pro oppidorum multitudine minorem  
 civium frequentiam: in plerisque enim  
 quinque vel sex millia numerantur, eaq;  
 etiamnum à Mahumetana pestis contagio-  
 ne vel fœditate libera, votis omnibus sacro-  
 sanctum baptismi fontem expetunt, vel ut  
 melius dicam, sitiunt. Verum nunc mi Pa-  
 ter, ita persuasum habebis à me baptizatum  
 iri neminem, nisi prius hic adesse videam  
 qui mihi huius rei sint auctores, & in om-  
 nibus instituendis inuent: satius enim exi-  
 stimo pauciores modo bene instructos ba-  
 ptizare, quàm propè infinitam hominum  
 multitudinem proprijs humeris suscipere,  
 quibus erudiendis sufficere nullo modo pos-  
 sim. Finem faciam ubi significauero Cele-  
 bicam vel Celebriçã gentē vixdū suscepta

Batachi-  
 nę insule  
 indigene  
 Christi  
 ambiunt

Selebti  
pietas.

Regis Si  
chaonix  
in Lusita  
nos mili  
tes hospī  
talitas.

fide, singularem pietatem declarare, & can-  
tandis identidem fidei institutionibus. siue  
doctrina Christiana passim sumopere dele-  
ctari. Vale mi P. Manadi 5. Cal. Aug. 1563.

Hactenus quae ab illo scripta accepti-  
mus: nūc eo vnde diuertimus redeamus.  
Pater Didacus Magalianes relicto re-  
didit oppido Totole, Manadum se recepit:  
militēs verò discesserunt in Sichaoniam,  
duos ferè menses mansuri, ut cum Circius  
flare incēpisset, inde remearent: nulla est  
enim nisi eo tēpore ex illa parte ad nos tu-  
ta et oportuna nauigatio: eos Rex humanis-  
simè vrbe atque domo recepit, tanquam si  
longo iam tempore amicitia sibi fuissent &  
necessitudine coniuncti: mensis frequentis-  
simè adhibuit, & vicissim ab iisdē inuitari  
voluit non semel: totoq; eo tempore quo ibi  
morati sunt, tum militibus, tum quos habe-  
bant seruis (nam ferè centum erant) non  
solum utiliter, sed liberaliter etiam multa  
suppeditauit: fertur & frequēter dixisse se-  
se summo desiderio videndi ex nostris ali-  
quos teneri, atque ijs promississe, tum ades  
& templum quàm primum adificaturum,  
tum

tum etiam redditus, omniaq; ad vitam sustentandam necessaria perpetuo suppeditaturum, populi vero omnem ad ipsorum aduentum fidem Christi suscepturum certius affirmabat. Cuius Christiani pectoris Christianissima vota utinam diuinus spiritus tum foueat, tum augeat: nunc vero is in hac urbe degit, quò superioribus diebus, studio visendi hanc arcem venit, rediturus ubi primum in insulam suam opportuna erit nauigatio. Valete fratres, & nos, rēq; totam Deo vestris precibus commendate.

Ternatæ Idib. Nouembris

Tuus in Christo

Frater Petrus Mascarenas.

REX EPISTOLA P. PETRI

Mascarenas à Moluccis missa.

ARGUMENTVM.

Cū omnibus cōuertēdis instituēdis ac baptizādis nō sufficiat: quod vniuersus Moluccarū orbis, & Reges Sibaoniæ, Benegayæ, Bachoniæ aliique principes & alij populi, Christiani fieri cupiant, auxilium petie, Nititur Mazhometanus Rex Ternatę callidè omnia subuertere, Baptizatus est vir quidam strenuus consobrinus regis Tidoræ, id Regem Ternatę pessimè habet.



Reuerende in Christo Pater.

Pax & gratia Iesu  
Christi, &c.



Cibaonię  
Regnū  
Papuani  
Moluci  
vniuersi  
baptisma  
te ablu  
cupiunt  
Cibao  
regnum  
Papuani.

**N**on possum R.P. te nō com-  
monere de sociorum pauci-  
tate vel potius penuria, qua  
surgente iā amplissima mes-  
se laboramus, & ne munere  
mibi à te iniuncto, negligentius fungi vi-  
dear, rem tibi omnem aperiam. Prope infi-  
nita est eorum multitudo quos Christo cō-  
parauimus, & multo plures restant, qui non  
minus ut in Christianorum numerum re-  
cipiantur, contendunt. Horum precibus pro-  
pter operariorum quam dixi penuriam se-  
ri satis non poterit: sed nec his instituendis,  
qui baptizati sunt sufficimus. Iam summo  
cum studio ut baptizetur, instat vniuersus  
Celebium populus, regnum quoque Cibao,  
& plebes Paxuarum, atque ut semel di-  
cam, totus hic Moluccorum orbis, si paucis-  
simos eos excipias, qui in Mahometif-  
mo peruicaces persistunt. Ita ut hanc pe-  
nuriam nostram non possimus non diu  
lugere

lugere, dum maximum discrimen, quo tot  
gentes salute periclitantur, cernimus.

Rex enim Ternata Mahumetica factio-  
nis ardens, & obsequentissimus cultor ner-  
uis omnibus, totoque conatu eos qui suapte  
sponte baptismum percipiunt & exposcūt,  
inuitos etiam ad eam perpellit Mahumeta-  
tanis prestigijs, quam ob causam iam ali-  
quoties maximas classes instruxit, ut alijs  
litteris perscriptum est. Ad extremum, ut  
rem omnem verbo complectar, id molitur,  
id pugnat, ut Christianum nomen extin-  
guat & funditus deleat.

Regis Ter-  
natae im-  
pij cona-  
tus.

Inter Christianos admitti vehementer  
cupit Rex Bemgaj suiq; omnes, nam hanc  
ob causam ad nostram urbem principem  
filium miserat, ut Sarracenorum atq; fide-  
lium visis moribus & institutis, quod con-  
modius videretur, eligeret: & quod tunc  
filius elegisset, ipse postea sectaretur. Perpla-  
cuit iuueni (ut quod recte indicanti displicere  
non poterat) Christianū institutum &  
viuendi ratio, quod certe acerbissimū vul-  
nus inflixit Regi Ternata, qui tum mu-  
neribus & pollicitationibus, tum minus ac  
omni

Regis Bē-  
gaie bas-  
pilari  
cupita

omni ratione id auertere, turbare, atq; impedire conatus est: Nec tamē graui ex huius salute accepto vulnere quiescit, sed omni contentione, cura, studio ac labore hoc agit, ut sectam quam latissimē propaget.

Bachonicus Rex Christianus.

Quamobrem nuper missis literis postulauit à Rege Bengarij filiam suo filio Principi uxorem. Respondit Bengarius Rex, se Regem Bachonicum ea de re consulturum, atque eius sententiam fidelissimē sequuturum: alter enim alterum mirifico quodam amore prosequitur, & obseruat.

Appicari baptizari cupiūt.

Atque in hac re nulli dubium est, quin id agatur Bachonici Regis consilio, ut huiusmodi nuptiæ non procedant (est enim is nostræ fidei cultor integerrimus). Ad hæc Appicari populi impensè baptizari efflagitant, quorum tamen salutem ob nostram paucitatem huc usque consultum non fuit: quæ ceriè dolorē fortiori animo pateremur, nisi assiduus labor atque extrema cura Ternate Regis tam infesto odio horum omnium ceruicibus immineret.

Proximis elapsis diebus in ferijs Andrea Apostoli baptizauimus consobrinum Regis

Regis Tidora strenuum & consulti-  
 mum virum, cui nomen Andreas in-  
 ditum est: quo duce superioribus annis ad-  
 versum nos bellum gestum est: qui pari-  
 ter & animi integritate, quam multis iam  
 argumentis in eo exploratam habemus, &  
 opibus pollet: habet enim septē vel octo op-  
 pida certē non tenuissima. Profecto huius  
 viri conuersio multa de Tidorici regni pol-  
 licetur conuersione, quæ ut fiat, nihil inten-  
 tatum relinquet. Dicere vix possum R.  
 Pater, quantam sollicitudinem & curam  
 adhibuerit Rex Ternata, ut hic in Indi-  
 am ablegaretur, quod etiam atque etiam  
 à Prefecto nostro postulauit, asserens homi-  
 nem scelestissimū esse, & huius orbis per-  
 niciem extremam, flagitijs suis perturba-  
 tionibusque allaturum. Prefectus penè per-  
 suasus, & astu Regis nequissimi inductus,  
 post acceptas tuas literas, rem quoque ad nos  
 detulit, cui fraudes Regis aperni, & preci-  
 bus ipsius nihil cedendum esse ostendi.

Accidit autem hunc Neophitum & Chri-  
 stianæ militiæ Tyronem in bello Tidorico  
 à Rege Ternatico captū esse: cumque grādema  
 pecu-

Cōsobri-  
 nus Re-  
 gis Tido-  
 ræ Bapti-  
 zatus.

pecuniã pro sua redemptione mitteret, tunc precibus suis adiecit Rex sperans inde aliquid roboris accessurum, sibi pro redemptione fieri satis, si in Indiam ablegaretur, id ipsum ideo exoptasse, dum tantopere fama est quod dominus Andreas ipsius nefariorum consiliorum & machinationum non erat nescius, ac proinde timuisse ne hinc oblata occasione detegantur.

Chigil  
gurazata  
Rex.

R. P. Marcus Rauendus hinc ad te mittit puerum Franciscum sobrinum Ternate Regis ac fratris Regis Chigilgurazata filium, cui fraterni regni cura tota ac gubernatio incumbit, Pater illum habet charissimum utpote unicum. Hunc à primis annis apud nos educauimus. Cum verò Chigilgurazata pestis ac turbo sui regni sit, speramus huius ad te misso filio omnem posthac turbationibus occasionem sublata esse, que quidem spes, si quid iudico, non fallet. si pater filium isthic pro dignitate haberi ac liberaliter ornateq; tractari intelligat, illum enim amat summopere, cum enim discessurus ad Regiã mitteretur, ut Regẽ Patrem valere iuberet, vix credi potest, quo plango-  
re di-

re dimiserit, perinde ac vita iam decessurum: quod scribā amplius nihil est. Si quid novi acciderit ut tibi significetur, quā diligentissimè curabo, nostri memor R. in Christi P. vale.

¶ EX ALIA EPISTOLA  
Petri Mascarena.

ARGUMENTVM.

Primarij viri Principes Regis Tidore baptizati, suo exemplo Ternatæ ac Tidore regionum populos ad idem faciendum excitant. Rex Tidore ipse quoq; ad Christi fidē prospendet. His mitior paulò ac sibi male metuens Rex Ternatæ Societatis Iesu hominibus prædicandi in Ternate facultatem cõcedit, & omnem studium benevolentiãque promittit.

PAX CHRISTI.



V M è portu soluiffemus, & in Insulam Amboino forte nauigandi opportunitas daretur, primarij viri sex Regni Tidore, quos priuata salus huc incitabat, multis precibus à nobis sacro-

Ambosi  
na insug  
la.

Primarij  
Tidorici  
Regni  
Principes  
Christi si  
dem am:  
biunt.

sacrosanctum baptismum efflagitarunt, ac  
minimum absuit, quin regnorum Ternata  
ac Tidora populos in eadem traxerint sen-  
tentiam, ut enim huius facti fama cepit  
increbescere, statim ex aula Tidorici Re-  
gis Principes duo viri ( quibus ob Regis  
infirmam adhuc etatem regni negotia com-  
missa erant ) accurrerunt, ut si quo modo  
possent, hos à sententia deicerent: quos e-  
tiam cum ad nos misisset Praefectus, vehe-  
menter hortati sumus, ut non solum ipsi  
priorum exemplum imitarentur, verum  
etiam subditos huc inducerent, multa sa-  
tis quæ ad hanc pertinebant sententiam  
explicantes: ad quæ responderunt, excellen-  
tium quidem hominum consilium & vir-  
tutem imitatione dignam esse, eandemq;  
tum ad sese, tum ad primos quosque in ma-  
gistratu collegas, quos sanguine & fami-  
liaritate coniunctissimos semper habuerat,  
pertinere: interim tamen rem dilationem  
aliquam postulare, dum Respub. à tumul-  
tibus ac turbatione conquiescisset, ac tum  
primo quoque tempore sese cum tota po-  
puli multitudine, si videretur, nostris con-  
silijs

silijs obsequuturos.

Regem ipsum Tidoricum annos tatum septendecim natum, iam ad Christi suscipiendam fidem propensum esse accepimus: duos ipsius fratres haud multo ante baptizauimus, atque iam nunc de totius regni salute, neque certior spes ulla aut maior ostendi potest, quam quidem salutem omnibus votis exoptamus. Siquidem ex ea tranquillitas & otium in toto hoc orbe publicis rebus, ac singulare regni praesidium orietur ijs omnibus, qui Christi suscepto nomine ab hostibus infestantur. Secundo Quadragesima Dominico sex illi quos paulo ante memorauimus, multa cum solennitate, & populi frequentia baptizati sunt, quam etiam solennitatem Praefectus ornare & augere studuit, tum musicis concentibus, tum tormentorum ingenti fragore: id profecto non parum tum omnium Sarracenorum animos, tum etiam Ternata Regis audaciam deiecit: atque ex eo tempore sua dignitati & honori timere non desinit. Posthac paucis diebus Ternata Regem (ut moris est) inuisi, ille praeter, morem quadam insolita obsequ-

Tidore  
Rex ad  
Christia-  
nam fide  
propens  
sus.

Duo ipsi  
us Fra-  
tres Bap-  
tizati,

Sex pri-  
marij  
nobiles  
Tidoranij  
ablatis



obseruatione & reuerentia me suscepit, & cum ad hoc facultatem, ut suis Euangelium promulgarem, postularem, respondit ut que vellem liberè exercerem, se verò unà cum filijs predicationis nostra assiduū fore auditorem: quem modò certè animi candorem & spem simulare ac uti forò (ut in prouerbio est) mihi videtur homo callidus.

Quòd si dum Tidoricus Rex fidem susceperet, ipse verò reijceret, nihil sibi postea à Prorege fauoris vel auxilij reliquum esse videt, ac miserandam Regni ac suarū rerum cladem pertimescit: non enim est nescius in Proregis potestate esse, cum opes omnes, tum ipsum imperium: quocirca speramus eum quamprimum fidei obtemperaturum, si rem tuis precibus, cura & diligentia Deo Opt. Max. cōmendatiorem effeceris. Vale mi

Pater, & mei ut soles memineris.

Tuus in Christo Petrus

Mascarenas.

EX

EX EPISTOLA P. EMANUELIS Nobrega ad suū Præpositum Generalem Societ. Iesu, & suos fratres in Europa agentes.

Anno 1552.

ARGUMENTVM.

Agit de Brasiliæ temperie, indigenarum ritibus & varietate, victu, vestitu, varia superstitione, ipsorum conuersione, & institutis tam virorum quàm foeminarum monasterijs, de Eremitis, Sectis gentilium, Magorum fraudibus, de quorūdam foeritate, bellicis & captiuorū celibri pœna, quæ post comedunt. Dein quid pro suis defunctis agunt, quidque post vitā hęc sperēt. Postremò quòd Adæ, Euzæ, & S. Thomæ Apostoli videtur meminisse.



MAGNO vos desiderio teneri arbitror, Patres dilectissimi, ut certiores vos faciã, quãsnam inhabitemus terras, sub quo climate, apud quas nationes: tum qui ritus, legesq; gentium, quas hætenus sub Euangelij iugum mittere satagimus. Dicam: vasta nos tenet

in

Brasilia

- Brasiliae vastitas.** *Brasilia in altero orbe, 22. gradu & medio versus polum, antarticū posita: quæ quantum huc vsque intelligere potui, ad miliariorum tria millia se extendit, populis plena efferis, truculentis, non solum à vera religione, verum etiā (quod sine animi dolore recensere nequeo) ab omni humano usu & decoro alienissimus. Nudi utriusq; sexus homines ferè omnes incedunt, idq; vel barbara institutioni, vel ipsius regionis naturæ ascribunt. In remotioribus tamen locis, ubi ego dego, quia frigus nōnihil vrit, Gossipinis vtuntur velus potiùs quàm vestibus. Regio aded est temperata, ut neque hyeme frigus, neque æstate calor, tamen si hic magis urgeat, grauior sit. Propter frequentes densissimasq; pluuias omni ferè tempore decedentes, satis humida est: vnde fit ut semper vireat, & arbores herbaq; leni cæli aura foueantur. Asperitatem tamen magnam quibusdam in locis pariunt, montes vastaq; syluæ.*
- Nudi incedūt in digenz.** *vsu & decoro alienissimus. Nudi utriusq; sexus homines ferè omnes incedunt, idq; vel barbara institutioni, vel ipsius regionis naturæ ascribunt. In remotioribus tamen locis, ubi ego dego, quia frigus nōnihil vrit, Gossipinis vtuntur velus potiùs quàm vestibus. Regio aded est temperata, ut neque hyeme frigus, neque æstate calor, tamen si hic magis urgeat, grauior sit. Propter frequentes densissimasq; pluuias omni ferè tempore decedentes, satis humida est: vnde fit ut semper vireat, & arbores herbaq; leni cæli aura foueantur. Asperitatem tamen magnam quibusdam in locis pariunt, montes vastaq; syluæ.*
- Brasilia temperata in calore & frigore.** *Regio aded est temperata, ut neque hyeme frigus, neque æstate calor, tamen si hic magis urgeat, grauior sit. Propter frequentes densissimasq; pluuias omni ferè tempore decedentes, satis humida est: vnde fit ut semper vireat, & arbores herbaq; leni cæli aura foueantur. Asperitatem tamen magnam quibusdam in locis pariunt, montes vastaq; syluæ.*
- Humida est.** *satis humida est: vnde fit ut semper vireat, & arbores herbaq; leni cæli aura foueantur. Asperitatem tamen magnam quibusdam in locis pariunt, montes vastaq; syluæ.*
- Fructus.** *Varij sunt fructus, nostratibus tamè longè impares, quòd si nostrates huc inferrētur colerenturq;, utiliter credo prouenirent.*

Nam bis quotannis germinat vites, licet  
 nō cū tāto prouēiu, quōd immēsa formicarū  
 multitudine, hīc omnia deuastentur. Abū-  
 dat limonijs, & malis aureis. Nec sicut Eu-  
 ropæis sunt infirmiores, vel insuauiores.

Cibi

Vulgo radice arboris victitant, quam  
 Mandiocam vocant, ex hac enim farinam  
 conficiunt. Habent & Milij satis, quod mi-  
 xtum illi farine panis loco est. Abundat flu-  
 uialibus piscibus & marinis, necnō ferinis  
 carnibus. Anseres Indicos, boues, vaccas,  
 oues, capras & gallinas habet plurimas.

Farina ar  
borea.

Varia sunt nationes Gaynazzi, Carij,  
 &c. ad quos docēdi gratia, paucos ante an-  
 nos venerūt duo ex Hispania monachi, à  
 quibus fuere in doctrina Christiana institu-  
 ti. Qui etiam his hortantibus, & sacras a-  
 des erexerunt, cœnobiorum instar, in qui-  
 bus viri faminaq; separatim cōmorarētur:  
 eamq; vite rationē multi sunt secuti, per-  
 seuerassentq; ni diaboli flatibus Pirata ap-  
 pulsus, omnes tū viros, tū virgines abduxif-  
 sent. Pro eorū redemptiōe laborauimus se-  
 dulo, et iā aliquot in proprias ades reduxi-  
 mus, eosq; comitatus est quidem ex nostris.

Gaynazzi,  
Carij.Monaste-  
ria virgi-  
nū & vir-  
rorum.

Gaymuri  
Eremitæ

Sunt & alij Ethnici Gaymuri dicti, hi in vastis desertis educati, nullum nobiscum comercium habent: si quando occurrant, timore perculsi, se nostros fratres dicunt, quod similiter ut Christiani barbam uariant, quã reliqui prescindunt non solum, sed & supercilia & quicquid in facie est pilosum, radunt, labra naresq; perforant, ossa illis foraminibus imponunt, adeoq; vultu deformant, ut ipsos demones referre videantur: maximè aut incantatores & prestigiatores, qui hic in p̄cio sunt, hoc ornatu gaudet.

Esferi ho-  
mines.

Inter Gentiles istos est genus quoddam non admodum Gygantibus dissimile, semper sagittis, robusto artu, & magnis baculis incedit armatũ, quibus protectum armis in hostes acriter fertur, facileq; trucidat & mac̄tat: deinde ad suas confugit speluncas, reliqui hos maximè formidant.

Tupenici  
Tupenã  
bi.

Lectus re-  
te est.

Qui verò hæctenus nobiscum egerunt, alij vocantur Tupenici, alij Tupenambi, hi que amplissimas ades ex palmis erectas incolunt, plurimum simul so. habitant. Cum vxoribus & liberis, retibus ad aërem suspensis dormiunt prope ignem, quem tota nocte

nocte servant accensum, cum ne frigus ob-  
sit nudis, tum ne infestentur à demonibus,  
quos igne fugari existimāt. Quare de nocte  
quoties exeunt, titiones gestāt accensas.

Nullū hi numē adorāt, nec Deū agno- Athei  
sunt.  
scūt, tonitrua tamen diuinū quid esse, arbi-  
trantur, quæ patria lingua Tupana nuncu-  
pāt. Quare nos aptius nomē nō habētes ad  
Dei Opt. Max. cognitionē insinuādā, ipsum  
Patrem Tupanae siue Tonitruum appellamus.  
Pauca enim admodū habēt vocabula, qui-  
bus res fidei nostræ ipsis declarari queant:  
quare laborandū est, ut intelligamur, mul-  
taq; ambagibus insinuātes, cū sensibus ma-  
gis, quàm ratione & intellectu ducantur.  
Hinc sæpius percuntantur, nū Deus caput  
habeat, & corpus, an uxore duxerit, quid  
edit, qua veste utatur, & similia.

Quāvis, ut dixi, numē nullū colāt, nonnullas  
tamē observant ceremonias & superstitiones.  
Statis enim tēporibus & annis ex lo-  
giquis regionibus eō veniūt prestigiato-  
res, religionē præ se ferētes, usq; obuiā mit-  
tūt, qui vias mūdēt & ornēt. Deinde tre- Magi in  
præcio.  
pudijs excipiūt, & alijs latitia indicijs.

Stolida,  
vanâque  
prestigia  
toris pro  
missa.

Magna  
cæcitas  
& infide-  
litas.

Antequam autem ad loca cõstituta acce-  
dant, mulieres binæ & binæ, per ades pub-  
licè fatètur iniurias maritus illatas, & ve-  
niam precâtur. Tum & prestigiator eò ve-  
niens, cubiculum ingreditur perobscurum,  
& cucumerem, quem secum affert, figu-  
ram infantis referentem, in loco, fraudibus  
& deceptioni aptissimo collocat, voceq; si-  
mulata puerili, iuxta cucumerem astans,  
ita illos alloquitur: Non opus esse ut se fa-  
tigent amplius, aut ad agros colendi causa  
se confeyant: Panem enim ipsis non la-  
borantibus ultrò prouenturum, nec quic-  
quã illis ciborum defuturum, quin etiam  
ultrò domum delatum iri omnia. Ligones  
praterea ultrò ad fodiendum abituros, &  
sagittas per sylvas volituras, quãplurimos  
inimicorum, qui ipsis cibi futuri sint, trans-  
fixuras, longam etiam illis vitam fore, ve-  
tulasq; in iuuenulas renascituras, quæ, ut  
lubitum erit, connubio iungentur: aliisque  
huiusmodi illusionibus dementât populum,  
ut existimetur aliquid diuinitatis inesse  
cucumeri, quod res eiusmodi reuelet, atq;  
huic superstitioni cæci hi, barbariq; populi  
adhibent

adhibent fidem. His ita finitis caremonijs, contremiscere incipiunt Magi, necnon fœmina, tanta agitatione corporis, ut malis spiritibus videantur arrepta, uti reuera sunt. in terram enim prosternuntur, spumasq; per ora emittunt, quibus hac ratione Magus infundi sanctitatem persuadet, & si alicui id nō accidat, mali ominis signum denunciat. Postremò his peractis, plurima prestigiatori offeruntur munera. Similiter si quādo aduersa laborāt valetudine, varijs etiam à Magis circumueniuntur fraudibus. nobis autem omnium hi sunt infestissimi, falsò enim persuadent populo, nos illorum corporibus cultellos forcipesq; immittere, & hoc modo mortem inferre.

Cùm bella gerunt, ab iisdem consilia poscūt, & ex auibus auguria captant.

Auguria.

Si quis in pralio capitur, eum magna lætitiâ fune collo iniecto deducūt, in uxorem primarij cuiusdā viri dāt filiā, aut quā magis ipse cōcupierit: ut instar porci impinguitur, ante mortem curāt sedulo. Iam verò mortis instāte tēpore, oēs circū habitantes ad spectaculū conueniūt: pridie aut quā oc-

Hostis  
supplicium.

m iij cida-



cidatur, à capite ad pedes usq; mūdissimè  
lauatur. Sequenti autē die eductus in loco  
eminētiori sistitur, vinctus fune circa um-  
bilicum. Tum demum perbelle ornatus ec-  
cedit homo, qui ad constantiam fortitudi-  
nemq; animi in morte perseverēda hortatur,  
maiorum res gestas virtutesq; commemo-  
rās: cui moriturus respōdet, homines fortes  
parui facere mortē, se quoq; plurimos illorū  
neci tradidisse, consanguineos etiā suos fa-  
cile mortem ulturos, aliāq; huiusmodi.  
Mortuo deinde pollicem amputant, quòd  
eo sagittas emisserit, reliquum verò cor-  
pus in partes secant, & assum siue elixum  
in cibum preparant.

Esus car-  
nis hu-  
manæ.

Defūctis  
cibum le-  
ctū que  
parant.

Quid de  
beatitu-  
dine sen-  
tiant.

Cū verò quis vita defungitur patinas  
supra sepulchrum imponūt cibo refertas, &  
rete mundum in quo dormire consueuerat,  
eò quòd arbitrētur defūctos post mortē re-  
uerii, vt lautius comedant, & somnia ca-  
ptent circa sepulchrum: sepeliūtur autem in  
fossis rotundis: Principes verò & magnates  
in arca recondūtur palmea, nullas pœnas ex-  
pectāt, aut premia, solū eos qui mortui sunt,  
summa quiete frui existimāt in locis ama-  
nissi-

nisimis. Nihil habent propriū, sed cūcta  
 communia, qui verò aliquid possidet, ceteris  
 indigentibus libēter impertit, præsertim ci-  
 bos ex quibus in crastinū diē reseruāt ni-  
 hil: nec diuitias magnoperè accumulare stu-  
 dent, sua sorte cōtenti: Christiano cui libet  
 ades ipsorū ingrediēti, quascunq; habēt ap-  
 ponunt epulas, suaq; illis explicant retia: si-  
 liabus nihil in dotem elargiuntur, imò ve-  
 rò gener quodammodo socero inseruire te-  
 netur, uxores fidem seruant conjugalem.

Omnia  
 commu-  
 nia habēt

Diuitias  
 in nullo  
 precio ha-  
 bent.

De diluuiō quadam norūt: dicunt enim  
 cū per vniuersam terrā aqua inundaret,  
 mulierem vnā cū viro pinū conscēdisse,  
 iamq; subsidentibus aquis: soloq; siccato de-  
 scendisse, ex quibus totum propagatum fue-  
 rit humanum genus. Habent & S. Thoma  
 noitiam, quem Zome nuncupant: quem  
 affirmant hac iter fecisse, vt à maioribus  
 acceperunt, & vestigia Apostolica etiam-  
 num cerni prope quendam fluiuium dicti-  
 tabant, quod vt certius cognoscērem, ipse a-  
 bi & proprijs oculis inspexi, quatuor pedū  
 & digitorum satis altè impressa vestigia,  
 que nonnunquam aqua excrescens cœpit.

Diluuij  
 memine-  
 re & S.  
 Thomæ.

Ferunt

Ferunt autem ea relicta, cum indigenas fugeret D. Thomas, ipsum configere volentes: & ille dum fugeret, flumē diuisum fuisse, per cuius medium ad ulteriorē ripam sicco pede profectus, in Indiam abiit. Pari modo narrant sagittas quibus ipsum appetebant, in sagittarios reflexas, syluasq; per quas gradiebatur, cessisse & viam prabuisse. Alij tamē hac pro fabulis habent. Aiūt & illis pollicitum fuisse, se aliquando reuisurū has regiones: respiciat eos de cælo, & assiduus apud Deum Opt. Max. sit intercessor, ut ad eius cognitionem (quemadmodum speramus) perueniāt. Hæc sunt charissimi fratres quæ breuiter de regione ista & moribus dicenda habui, maiora expectate, cum pleniorē rerum notitiam nacti fuerimus.

Ex vrbe Saluatoris, An. 1552.

Vester in Christo seruus

Nobrega.

PLV

## PLVRIMVM

REVERENDO IN

*Christo Domino, D. Ioanni Ab-  
bati Aquicinētino, vigi-  
lantissimo, Religio-  
sissimoq̃.*

## ARGVMENTVM.

**H**ereses semper infinita mala inuexisse in  
Ecclesiam: potentia hostium Ecclesiæ: Qui  
Davi, Getæ, Sarmatæ, Scythæ, Massagetae,  
Alani, Turcæ, Tartari: Tartarorum ortus &  
imperium, Imperatores & Reges, potentia,  
mores, religio Regni Pretoiānis qui in Asia  
agebat, eversio. Tartari sæpè urbem fan-  
ctam infidelibus eripere frustrà nituntur:  
qui ipsorum fuerint Christiani: qui Afasini  
siue Sicarij Mahumetici. De monte diuis-  
nitus è loco suo moto. De sectis Asiæ, &  
quid de summi sentiant Pontificis authori-  
tate: & qua ratione Patriarcham designa-  
tum Romam mittant, ut initietur. De va-  
rijs Christianorum in Asia Ecclesijs, & gen-  
tium religione, arbore Solis, siue sicca dicta;  
In Iapania olim Christianos fuisse, & Ame-  
ricam iam olim cognitam fuisse, imò veris-  
simile esse D. Thomam eò penetrasse.

P A X

## PAX CHRISTI, &amp; cat.



EM Christianam, admodum R. in Christo D. Abbas, in hoc nostro orbe extreme penè laborare, non solum res ipsa multis à vera religione

Remedia  
varia hæ  
refib<sup>9</sup> ob  
iecta.

Synod<sup>9</sup>.

ad errores, superstitionesq<sup>3</sup>, deficientibus, verum etiam remedia quæ adhibentur, docent. Nam ad eam tuendam, & validissimus opus esse exercitiis videmus, & propter infinitos errores, quibus se certatim homines inuoluunt, rerumq<sup>3</sup> diuinarum ignorantem, à fundamentis (ut ita dicam) religionis sumpto initio, instituendi sunt. Ob hanc etiam causam Patrum totius orbis integerrimorū, doctissimorumq<sup>3</sup> Patrum P. summus Pontifex, ad profligandos errores Concilium Tridēti coëgit, in quo res nostro tempore controuerse, cum prudentissimè, doctissimeq<sup>3</sup>, tum non minus sanctè definite sunt. Quamquam ea est intractabilis huleri nostri immanitas, ut longè sit difficillimum saluberrima malagmata applicare. Præterea passim videmus, in hanc rem insigni pietate præditos Episcopos & Principes, imò

pes, imò Reges & Imperatores, tum novas instituere Academias, tum veteres restaurare, tum insignia Collegia, Scholas & Prælectiones in plurimis Europa locis instituire: & alia quæ non vulgarem in Rempub. Christianam utilitatem, dum ad plurimos se diffundant, inferre possint, remedia malis ingruentibus obijcere.

In quorum numerum tu vnus es, R. D. Abbas, minimè postremus ascribendus, cum ex thesauris diuitijsq., quæ multos perdere solent, aterna palatia tibi, tuoque sacro ceui in cælo compares: nec solum magnificum & egregium, verum Regium opus, tria, inquam, continentia Collegia, in summam Reipub. & nouæ Duacensis Academia utilitatem exstruas. Faxit Deus, ut reliqui Abbates tuum imitentur exemplum: atque utinam iam olim mature ingruentibus malis, tot tamq. valida remedia quesita fuisset: credo enim non tantas lugeremus ruinas: quas non parum semper deprauati mores inuãt & rerum diuinarum neglectus. Deprauati quidem mores, dum quisq. suis affectibus agitur, & cupiditati seruit, scripturas se-

Academias.  
Collegias  
Scholas.  
Prælectiones.

Collegia  
Aquæcin-  
tina Du-  
aci.

Hæresium  
causæ.

**Fructus  
hæresū.**

**Poenhæ  
reticos.**

**Sarrace-  
ceni.  
Turcæ.**

**Tartari.**

ras secundum animi intemperiem, non ex  
 communi omnium temporum, locorū, san-  
 ctorum Patrum, totiusq; catholice Ecclesie  
 sensu interpretatur, unde hæreses comēta-  
 tur excitatq;. Hæreses verò omnem inobe-  
 dientiam, impietatem, ferociam, seditiones  
 contra Principes, bella, famem, omnium re-  
 rum caritatem, pestem, breuiter Reipublice  
 dissolutionem, vt modo videmus, indu-  
 cunt. In orbem quid non malorum inuexit  
 Arrius? peperit Sarracenorum imperium,  
 quod totam penè Asiam afflixit, Christi fi-  
 dem deleuit: ipsius aliorumq; hæreses Afri-  
 cam infecerunt, & Hispaniam: hanc Gothi  
 cum reliqua Europa, illam perturbanunt  
 Vandali. Hos secuti sunt Saraceni, &  
 hæctenus obtinent. Secutus est ferus Tur-  
 ca, qui Constantinopolitanum, siue Greco-  
 rum euertit imperium. Sequutus est Tar-  
 tarius, qui rursus vniuersam Asiam per-  
 turbauit, ac tandem etiam subegit penè v-  
 niuersam, Imperium Pretoiannis, quem  
 Tartari Vmcamum vocabant, sibi subie-  
 cit: dein per vtramque Sarmatiam vsque  
 in Austriam, & per Parthos & Medas  
 vsque

usque Syriam & Palestinam penetravit.

Et ut terrores de cælo sepè hominibus à Deo incutiuntur, fulmina, incendia, typhones, telluris item quassationes & hiatus: ita hi à Deo servantur septentrionales & hyperborij terrores, ut pro alia pœna, quãdo & quibus providẽtia visum fuerit, immitantur, & instar torrentis, regiones nostras incurserunt: imò patrijs sedibus relictis, nõ secus atq; magni maris sinus per declivia effusus omnia, ad quæ pertinet, inundat, atque prosternit: ita hi plurimas gentes vastauerunt, plurimas iugo seruitutis subiecerunt: Et quod omnibus malis peius est, est, plurimas in Asia Ecclesias euertunt.

Nicephorus. Gregorius lib. 2.

Quamquam alibi Deus tam in Oriente, quàm Occidente sibi ex ferocissimis populis & humana carne vescantibus novas parat Ecclesias, & vocat non populum, populum suum, vastasque Ecclesie nostre solitudines restaurat: negant tamen nonnulli id nobis quid boni presagire, qui verentur ne item ut alij olim Christiani, à Deo deseramur, ac tandem alicuius ferocis tyranni



tyranni seruituti subijciamur. Siquidē eadē apud nos, quæ olim apud eos pullulāt vitia: cum illi ex varijs heresibus ad summam barbariem, & vel ad Mahumetismum defecerint, vel ad Idololatriam relapsi sint, ut post clarius patebit. Quod si verò nostras vires cum aduersariorum potentia, tū Persarum, Turcarum, Saracenorum, tum hereticorum conferre volumus, inferiores nos esse negare non possumus, atque imbecilliores, paucioresq; qui tot hoītes ferocissimos possumus sustinere: nisi Deus (cui nulla par est humana potentia) ut olim exiguam Palestinam conseruauit, ita pro hac etiam assiduo propugnaret: ac veluti, quod superest, ex totis Ecclesiæ Castris præda crudelissimorum inimicorum faucibus eriperet.

Vt autem plenius & maiori cum fructu ac timore Domini clades nostras agnoscamus, & quàm latè in omnem terram exiuerit sonus Apostolorum, & in fines orbis terra verba eorum, videamus. statui paucis R.P.T. in memoriã reuocare, quàm latè in Asia olim patuerit Ecclesiæ: eaq; videri impleta, quæ Dauid cecinit, nimirum: *A*  
*marè*

mari Orientis vsq; ad mare Occidentis Deū Psal 71.  
 Ecclesiā suā propagasse & extremos termi-  
 nos terra possedisse: ut intelligamus Christi  
 fidē iā olim ibi fuisse, vbi modò renouatur:  
 quāuis multis in locis nullain alijs perexi-  
 gua hæctenus relicta sint Christiani nomi-  
 nus vestigia. Apud Tartaros dico, Indos,  
 Sinas nec nō Iapanes, eosq; qui Americā in-  
 colūt: ut hinc pateat, q̄ latè olim sese Eccle-  
 sia diffuderit: & modò è latissimis regnos-  
 rum campis in quantas angustias, & terra-  
 rum angulos adducatur. Rursumq; ex lite-  
 ris Indicis, aliorumq; scriptis, quā latè,  
 tam in America, quā Asia & Africa, &  
 varijs Insulis rursus diffundatur.

Quoniā verò satis omnibus cōstat, qui in  
 veterum libris sunt versati, quā graviter  
 Gothi, Vandali, Saraceni, & Turca Dei af-  
 fluxerint Ecclesiam: his omisib; Tartarorum  
 ortum & potentiam non ita notam omni-  
 bus, paucis explicabo: quod dū ago, reliquie  
 quoque Christianorum per Asiam innotes-  
 cent: intelligemusq; loca, in quibus olim E-  
 uangelij semen sparsum fuit: idq; ex com-  
 mentarijs D. Haytonij Armeni, qui ipso-

rum bellis interfuit, & ex Tartarorum annalibus hæc excerpfit: nec non Marci Pauli Veneti, aliorumq; scriptis, qui has regiones diligenter perlustrarunt. Marcus verò ad annos etiam 26. habitavit, familiarisque non solum Magno Camo (sic Imperatorem suum vocant) fuit, verum etiam aliquot urbibus præfectus, & in bellis consilio iuuit, & magno in præcio habitus est.

Quoniam verò locorum situs si ignoretur, & varia præterea accesserit regionum appellatio, inextricabilem ingerit obscuritatem, atque difficultatem: rudi admodum Minerua & planè regiones, quorum mentio sæpè fit apud authores, nititur explicare.

Tartariæ  
lata accè-  
ptio;

Tartariam vocant nonnulli, quicquid ab Oriëntali Oceano, siue Mangico terrarum positum est inter Septentriones & Meridionales regiones Sinam, India partem extra Gagem, Sacos, Oxû amnem, mare Caspiû & Meotidis paludè, & ad Moscos penè Occidentem versus porrectum est, quia hæc omnia ferè occupauerunt Tartari, & in iisdem locis residerunt.

Vastano

Vastum hunc terre tractum alij nõ minus indistinçtè Scythiam appellârunt, cum tamen his terminis tres vastissima regiones contineantur: Sarmatia tam Europea quam Asiatica: Scythia intra & extra Imaum montem posita: tertio in extremo Orientis Serica Ptolomeo dicta, quæ Cataia provinciam, & partem quoque Mangi fortè complectitur: quæ sic considerata, mirum quantum lucis adferant.

Schitiæ  
lata apel-  
latio.

Sarmatia Europea inter amnem Vistulam & Thanaim, qui Europam ab Asia disterminat, sita, à Septentrionali Gotico mari meridiem versus, usque ad Dacos, siue (Dauos, quos modo Valacros vocamus, et ad Istrum vergunt) se extendit: & eodem penè tractu Geta. sed versus mare Euxinũ magis degunt. Hos omnes & Sarmatas vel Sauromatas vocatos legimus, & Getas Daci nomine cõpellatos fuisse Plinius testatur.

Sarmatia Euro-  
pea.

Daci.  
Valacri.  
Geta.  
Strab. li. 7.

Asiana verò Sarmatia (semper ad ortum pergimus) inter Thanais amnem & Rha fluiuiũ, qua in Meotim influit, ad Septentrionem usque se latè extendit.

Sarmatia Asia-  
na:  
Plin. lib. 4. cap. 12  
Appian<sup>3</sup>

Huic primum occurrit Scythia, si diligẽtissimo

Scythia;

tissimo Ptolomeo credimus, & ortum versus Sericam habet, diuisaq; monte Imao ad Septentrionem decurrente, nomen intra extraq; Imaum obtinet.

Scythia  
intra Ima-  
um,

Scythia intra Imaum ab Occidente Sarmatia, ab Occidente Imao, à Septentrione (ubi Alanos habet) Oceano, à meridie maris Caspij parte, qua Oxū admittit, Oxo amne (nisi mauis Iaxarte) Sacis, iuxta quos Massageta, clauditur. Extra Iaxartem Turcas consedissee putandum est, id nomina testantur locorum Turchestan, & Turchi: huc accedit, quod tempore Marci Pauli Magna Turcia hæc regio dicta sit.

Scythia  
extra  
Imaum.

Scythia extra Imaum à Meridie India partem extra Gangem, à Septentrione, ubi Hippophagi Scythæ degūt, Oceanum habet. Hæc Schythia nobis Tartaros produxit, & eam modò, propriè Tartariam appellari volunt, ubi sine ciuitatibus & vicis agebant armenta.

Serica.

Serica (à copioso serico dicta ut puto, quòd eo abundet vel maxime) à Meridie aliquam partem India extra Gangem, & Sinas habere ait Ptolomeus, à Septentrione, ubi

ne (ubi Anthropophagos alit) Oceanum: ad  
ortum, terras incognitas: cuius fines ha-  
bent, inquit, grad. 180. 63. Cataiam intelli-  
gere videtur per Sericā: quas verò incogni-  
tas vocat terras, Mangi regnū esse putare.

Id quoque lumen adfert, si intelligamus  
Imaū montē in Occidentē recto & perpe-  
tuo iugo exurgere, & quadā parte Taurum,  
alia Caucasum dici, aliāq. sortiri nomina.

Tartaria itaque in ea Septentrionis par-  
te sita est, qua India extra Gangē opponi-  
tur: atq. hic primū Tartari egere extreme  
pauperes: summam deinde nacti poten-  
tiam, velut mare quoddam erumpen-  
tes, non solum totam Asiam, sed & Euro-  
pam terruere, & merito diuinum flagel-  
lum dici poterant.

Tartaria  
situs.

Tartari  
Asiae cer-  
tium flag-  
gellum.

Habitārent igitur primò Circa Corco-  
ram, siue Coracoram, ubi multa aqua, &  
pascua, & loca irrigua, sine villis & oppi-  
dulis, inter pecudes & armenta pecu-  
dum, more. Nullum literarum usum, aut  
Deum norant, sine Principe, & procul à  
bellorum strepitu remoti: aurum, diuitiasq.,  
ut res inutiles spernebant, victum, ami-

Sedes Tar-  
tarorum

Mores;  
& vitæ  
ratio.

*Et unq̄, ex armētis parabant: ita ut ob hanc vitæ simplicitatem, tanquam vilissimi, hominum contemptui fuerint.*

**Sedes  
Præteiā  
nis.**

*Vmcano Regi (quem Presbyterum Ioānem, siue Præteiannem Latini vocabant) decimas pecudum pendebant, hūc enim ille imperabat, non in Ethiopia. Sed dum hunc sedulo quæreret Ioannes: secundus Lusitanorum Rex: & is quem miserat, intellexisset Ethiopum Regem potentissimum Dauidem esse Christianū: hunc Præteiannem putans, eo nomine vocauit, quo errore factum est (ut in Europa id nominis retinuerit) si Marco Paulo credimus, qui successores ipsius vidit in Asia.*

**Vmcani  
in Tartaros  
astuta,**

*Videns Vmcanus Tartaros vehementer augeri, esseq̄, viros robustos, adeo ut ab ipsis sibi metuendum putaret, ipsorum potentiam debilitare volens, missō Principe, ut ex ijs delectum faceret, & quartū quēq̄, ex quoque centenario aliō ablogaret, mandat: præterea aliorum opera in bellis uti cæpit. Tartari hanc seruitutem non ferentes, intellexere id malo dolo ab Vmcano fieri: relictis itaque antiquis sedibus, ad loca*

**Tartari li  
bertati se  
vendicāt**

*Septen-*

Septentrioni propinquiora, Ciorzam & Bargu se receperunt. Cùm iam in ijs remotioribus tutioribusq; agerent, etiam tributa negârunt. Quoniam verd iam tempus aderat, quo Deus Asiam vniuersam graui flagello exercere volebat, iamq; esset auctus addeò Tartarorum numerus, vt in septem tribus, Augur, Cunar, Calair, Sonith, Mõgi, Thebet, Tartar, (vnde & nomen Tartarorum) fuerint distributi. Anno millesimo centesimo sexagesimo secũdo Cingi cuidã, siue Cangio viro seni fortuna fabro, nocte quadã vir albo insidẽs equo, apparuisse dicitur: admonuisseq; in Dei immortalis nomine, vt arreptis armis dux esset gẽtis: fore enĩ vt non solum ipsos à seruitutis iugo liberaret, verum etiam alios populos Tartarorũ subiugaret imperio. Rem narrat ille septem tribuũ primarijs: cumq; vt fabulares hæc ab omnibus exciperetur, idẽ eques ipsis in insomnijs visus, monuit, vt Cangio obtemperent, & ducem creent. Statim igitur feltro impositum (neque enim alio vti consueuerant aulao, quã quo inebrium iniurias arcere didicerãt) Imperatorem in

Tartarorum tribus.

Tartarorum Imperium a Deo videtur fuisse.

Cingis siue Canguis Tartarorum Imperator primus.



Immortalem Deū  
colēdum  
Cingis de  
cernit:

altum sublatum lati salutant. Cū esset vir sapiens, acri ingenio præditus & probus, leges statim tulit, inter cæteras, ut Deum immortalem cuius beneficio eam erat adeptus dignitatis honorem, gens verò libertatem, ut gratos decet, ac memores magni beneficij in principio actionum suarum invocarent & honorarent.

Tartarorum ad  
Caugium  
cõfluxus

Cæpit igitur suis cum laude & sapienter præesse, & qua præditus erat eloquentia ad quodvis flectere: adeoque apud suos in honore habitus est, ut Deo vix potuerit magis, eaque fama diffusa est per omnes circum se positas regiones, concursusq; magnus ad ipsum fuit omnium Tartarorum, qui in alijs regionibus dispersi vagabantur: Inter quos fuisse eos admodum est verisimile, quibus in suis ministerijs utebatur Rex Vmcannus: qui iam variam rerum, belliq; experientiam adepti alios instruere poterant. Videns Caugius se multis fortibus viris stipatum, locis illis incultis exeundum esse, ac meliores sedes quarendas iudicavit: cumq; suos arcu sciret esse certissimos, ut qui in feris sagittandus à pueritia fuerant

rant exercitati: monuit ut & alia arma bello oportuna tractare discerent. Decuriones, Centuriones & Chiliarchas constituit: instructoq; exercitu, subito in vicinos imparatos, et nihil sibi à Tartaris metuentes movet: & cum potentes non essent, oppida, provinciasq; facile subegit: tū quòd magnam ipsius probitas passim innotuerat, tum quòd magna vteretur in victos lenitate, ut præter terrorem nihil mali pateretur. Subactos tanta dexteritate regebat, & sine ullius offensione, ut non detractarent ipsius imperium. Primates verò secum in belli societatem ascitos, honoribus etiam auxit, magnificeq; habuit.

Rebus ita prosperè succedentibus, majora ausus, in Vmcanum, cui prius cum reliquis Tartaris inservierat, & tributa dederat, belli occasiones querit, filiã Regiam sibi uxorem dari petit. Ille iniuriã id interpretatus, legatos reiecit, mortem si reverterentur, minatus: quippe indignum iudicabat, ut Regia proles à seruo Tartaro peteretur. Turbatus vehementer Cangius Regis contumelia, magno exercitu Vmcanum

Duces  
creat.

Vicinos  
subigit.

Regē Vn  
canū vin  
cit.

num aggreditur. Occurrit ille suis copijs,  
vincitur, occiditur: omnia sibi subijcit Can-  
gius, Regiam filiam sibi uxorem capit.

Deinde dum longè lateq; bella feliciter ge-  
rit, tandem ad castrum Targin progressus,  
sagitta lataliter vulneratus, Principes, &

Cuigis  
moriētis  
vtilis ad  
monitio.

12. filios conuocauit, hortariq; cœpit, si res  
suas auētas vellent, concordia vnanimita-  
temq; colerent: allatumq; in medium sagit-  
tarum fascem probè ligatum, singulos filios

monuit, vt ipsum frāgerent: cumq; frustra  
niterentur, minori iubet, vt dissoluto fasce  
vnā sagittarū tētet frangere: cum id expe-  
ditē fecisset, rogat cur id primo non potue-  
rit? Quia (inquit) colligata iuncteq; erant.

Tū ille: Ita nec vēstrū imperium, quamdiu  
cōcordia vinculo fueritis vnitū, nemo dis-  
sipabit: cum verò diuidi cœperitis, disidijs  
collabetur. Traditōq; sapientissimo pruden-  
tissimōque filiorum Hocata imperio, insti-  
tutisque que ad bonam gubernationem  
pertinerent legibus, in viuis esse desit, &  
in montem Altay regum in posterum  
sepulturam illatus est.

## ¶ De Hocatæ Imperio.

**H**IC statim animū adiecit ad vniuersam Asiam subiiciendam, imperiumq; Oceano claudendum. Iubet igitur de potētissimo Asia Principe quærere, Ducē Gebesabadan eò cum validissimo exercitu destinat, monetq; si fortè se imparè agnosceret, ne exercitū temerè periculo exponeret. Pergit ille ad extremū maris Caspij, & mōtē Caucasum, ubi Derbeth vrbs, hoc est porta ferrea, Alexandriam Armeni appellant, & Alexandri opus existimatur, urbem ne reuertētib; obstaculo esset, evertunt. Yuanus Geogorū Rex valido exercitu occurrens, edita vtrinq; dum acriter pugnatur, magna hominum clade, vincitur. Dein in Turciam delatus, dū ad ciuitatem Ariscor cum maximo, optimoque instructo exercitu, Sultanum esse intelligit, videtque suos laboribus, longissimo difficillimoque itinere defatigatos, pedem retulit, & ad Regem Hocatam, qui Cambalū agebat, redijt. Is iam varios exercitus instruebat, quibus filios suos prefecit: cū vno Baidonem ad partes Septētrionales nostras  
sue

Goergi  
populi.

siue occiduas misit: Iochum maiorem nau-  
tu ad Euphraten, quem tamen trajci no-  
luit. Chagodaiam filium ad meridiem.  
ipse verò Idololatrarum regna, Sagathaie  
& Casia biparito exercitu inuasit. Bai-  
donem verò alterum strenuum ducem in

Tartari Turciam, qui Guatadym Sultanum vicit,  
Turciam occupat.  
1144.

Iochus regnum Turquestam subegit,  
Parthos, Medos, Persasquoque ex par-  
te, & regni terminos vsque ad Euphratem  
extendit.

Baydo verò Cumaniam superauit, indi-  
genasq; in Panoniam fugere compulit: dein  
in Rusiam, Gazariam, Bulgariam, & Pa-  
noniam penetravit: Austriam quoq; tur-  
bauit: cumq; flumen quoddam Austria  
trajcere equis ipse procedens nititur, rapa-  
cibus undis periit: nec amplius hoc omine  
deterriti Germanos tentare videntur ausi  
fuisse Tartari.

Congadaya dum Indos sub iugum age-  
re tentat, in feras & loca deserta adeoque  
difficilia incidit, vt re infecta in Persiam  
ad fratrem se contulerit.

Dum

Dum hæc geruntur, Hocata vitam cum morte cōmutavit. Successit Gino, qui cū non diu in vivis esset, successorem habuit Mangu.

¶ Imperium Mangu.

**C**V M Rex Armenia omnia Tartaricis armis cedere animadverteret, volens regno suo consultum optime, Imperatorem Mangu, qui Cambalu agebat, adiit: cumq; esset primus magnorum Principum, qui ad Camos supplex venisset: mirum dictu, quā fuerit gratus, quantopereq; sibi placuerit hoc nomine Mangu, qui recepit se facturum quicquid peteret. Rex proponit Camo Christianam religionem, docetque merito obuijs vlnis ob summam utilitatem amplectendam esse, ac persuasit. Secundo, ut perpetua pax firmaretur inter Christianos & Tartaros rogat, & Christianis restitatur, quicquid vrbium ereptum esset, Palestina cum S. ciuitate ipsis recuperetur: templa & clerus immunitate gaudeant. Tertio, ut regnum Calisa, Egypti,

Rex Armenia  
ad Tartarum,

*Aegypti, & Mahumetismum, res summè impias euertat. Denique quicquid Saraceni eripuerunt Armenis id quoque restitatur. Omnibus annuit Camus, & cū sua familia, multisq; Principibus baptismatis fonti admotus est, ut scribit Armenus.*

**Califa Babilonijs subactus. 1258.**

**Fame necatus.**

*Halonem fratrem in Palestinam misit, qui Persiam transiens, quicquid reliqui erat, subiugauit. Baldach deinde, sine Bagadeth, quæ ad Euphratem iuxta Babilonia ruinas adificata est, ac Califarum sedes tādē venit, Calisam in suam potestatem anno 1258. redegit. Cumq; immensos thesauros apud homines inuenisset (quantos vix ullibi terrarum in unum congestos reperiri credas) Cur (inquit) auare, ut te tuosq; tuereris ab hostium iniuria, conscripto copiosiore milite, his opibus uti noluisti? Equum sanè est, ut ad extremum vitæ fruaris ijs, quæ tantopere adamasti, appetuisti. Iubet igitur Calisam sine cibo inter thesauros recludi: & hoc modo interijt, qui tã crudeliter tot Christianos prius afflixerat. Hic enim cū totus in hoc esset, ut Christianã fidem extingueret, magnis molestijs*

lestijs Christianos anno 1225. afficiens, plurimos conuocat. Ad sunt Armenij, Nestoriani, Iacobita, &c. similis secta homines.

Quasiuit anne in Euangelio Christus à suis exigit tantam fidem, ut montes transferat.

Et tentur in Euangelio eius rei mentionem fieri. Si igitur, inquit, estis religionis vestrae

probi cultores, aut montem transferte, aut Mahumetismum amplectimini, aut certa

mors est omnibus. Cum hac tyrānis graui- ter omnium affligeret animos, ad Deum

(quod unū supererat) confugiunt, multisq; lachrymis ipsius auxiliū implorant. Ille vo-

lēs sua immēsa bonitate, et Mahumetanis, & hereticis consultū, monet per insomnia

Episcopū quendā virū integrum, ceterisq; probiore, superesse probissimū quendā virū

& fidelem, bonis operibus, & eleemosynis totū intentum, qui id diuina ope adiutus,

posset. Accersitur ille, infirmitatis sua conscius, primo detractat, tādē persuasus venit.

Procedunt supplices magna fiducia, crucis

vexillo prelato ad montē. Ille demisso animo ante crucē prostratus Deū orat: montiq;

in nomine Sanctissimæ Trinitatis precipit,

Mons loco miraculo se motus.



pit, ut abeat. Orto terramotu, & tanta terre  
 cōcussione, ut oēs terrētur, quod petebatur  
 effectū est: abytg, Calefa cū multis, quos ad  
 Christianos perdendos, si nihil successisset,  
 adduxerat, melius in Christū affectus. Mul-  
 ti hoc miraculo in fide non solum cōfirma-  
 ti, sed etiam eam amplexi sunt: & ipse Ca-  
 lefa crucem collo appendit: qua inuenta ad  
 cadaver in causa fuit, quod eo loci quo Ca-  
 lefa sepulti erant, non sit humatus.

Halo  
 Christianus  
 nus.  
 1256.

Impera-  
 toris Mā  
 gu mors-

Ad Halonem reueriamur: uxore du-  
 xit Christianam, Christianos in honore ha-  
 buit, & viribus subactis præfecit. Dū Hie-  
 rosoly nam anno circiter 1256. pergit, intel-  
 ligens Imperatorem Mangu obysse, eò con-  
 tendit, Duce nepote in Syria relicto: erat &  
 hic Christianorū amicus. Verū cū quē-  
 dam ipsius nepotem Christiani occidissent,  
 nonnullos ob id ipsorum trucidatis, nec ipsis  
 amplius confisus est, nec ipsi Tartaris: quod  
 disidium in causa fuit, ut Saraceni recupe-  
 ratis viribus Tartaros, ipsorum duce occiso,  
 in Armeniam fugere cōpulerint. Christia-  
 ni verò vix paucas vrbes retinuerint.  
 Halo verò dum ad expediionem redit, in  
 via

*via anno 1264. moritur.*

1264.

¶ Imperium Cublay Magni Cami.

Imperium  
Cobulæ,

**I**mperatori Mangu Cublay, Haloni successit Abaga, sed non in hereditate Christiani pater enim Christianus erat, ipse Idololatra, sed tamen Christianorum amicus. Cumque in ipsum bella insurgeret, et Mediâ suâ tueri compelleretur, etiâ Antiochiâ Saraceni recuperat, Armeniâ fadè vastat, & anno circiter 1268. ex Syria Tartaros pellit. Rursus tamen 1262. Syriâ, Abaga fratre eò misso, anno 1282. recuperat: verum hausto toxico, quod quidam Saracenus ipsi perfidè miscuerat, perijt.

Abaga Id  
dolola  
tra.

1268.

1262.

Succesit Tongodor in baptisate Nicolaus dictus: qui cum adolevisset, ex commercio Saracenorum, quos multum amabat, pessimus euasit, Saracenorumque perfidiam secutus, Mahumetes appellari voluit. Rem Christianam grauer afflixit, templa demoliri iussit, Ecbatanis ea penitus euertit, prohibuitque, ne quis Christiana dogmata populo publicè explicaret, proponeretue, Mahumetum omnes colerent. Tartaros quoque ad Mahumetismum incitauit sedulo.

Togodor  
Saracenus.  
Persecutio Christianos,

o

Pacem

Pacem cum Sultano inijt, promittens se, quotquot essent in suo regno Christiani, vel occisurum, vel ad Mahumetismū coacturū.

In summa grauisimam persecutionem instituit: Armenios & Georgos ad perfidiam amplectendam sollicitauit. Verūm hi mortē impietati preferendam duxere. Frater huius Argon nō ferēs tātam impietate, Imperatori Cublay siue Cobile significat Tōgodore, relicta paterna religione, non solum Saracenū effectū, verūm omnes tam Tartaros quā Christianos ut idē agāt, cogere.

Quod cū summē displicere intellexit Cobila, fratrē suū interimmit, regnum anno 1285. occupat. Hic cū esset amicus Christianorum, templa reparari curauit: & ad expugnandam Hierosolymā se preparauit: sed morte praeventus regni anno quarto, Christi verò 1289. nihil effecit.

Ragaitus successit, qui cū negligeret omnem legem & fidē, luxui deditissimus, anno 1295. a suis suffocatus est: & ex ipsius sanguine successit Baydo.

Baydore regnante, nemo ausus est Mahumetanam legem proponere: Christiani

stiana legis non erat ignarus. Huic cum insensissimi essent Saraceni, Casano Argonis filio regnū promittūt, si Christum neget. Insurgit igitur in Baydonē. Dū preliū cōmittitur, Saraceni qui cum Baydone erant, ad Casanū deficiunt, & Baydonem occidunt.

Verūm cum Casanus regnum suum cōstabiluisset confirmassetq̄, non modo desit esse Christianis molestus, sed etiam in honore habuit: Tartaros, qui hortabantur, ut Mahumetū coleret, persecutus est. Congregato exercitu, & in auxilium vocatis Regibus Armenia, & Georgorum, Calisa Ægypti Melec-Nasar exercitum magna edita Saracenorum clade stravit: fugientemque quadraginta millibus equitum persecutus est. Verūm is Baldachiā euasit: Saraceni qui Tripolim petebāt, à Christianis montis Libani miserè trucidati sunt.

Interea Persæ rebellant, eò contendens Baydonem Ducem in Syria reliquit. Damascum cuidam Saraceno commisit, qui vocato Calisa ad rebellionem Syros incitauit. Quare compositis rebus Persicis anno circiter 1303. maximo comparato

Casani regnum.

1303

o ij exerci-

exercitu statuit Saracenorum euertere regnum, & Christianis Palestinam cum S. urbe restituere. Sed cum rursus Persæ seditionē mouerent, Catalusa, Duce 40. millibus equitum cum Armeniorū Rege in Syria relicto, Persiam petijt. Cum Catalusa iuxta Antiochiam haeret, Syri inundationem tantam procurarunt aquarū, ut magna exercitus pars perierit, compulsiq; fuerint re infecta recedere. Armeniorum Rex Liounius ad Casanum se recepit, qui Ninina tunc agebat, rursus tractaturus de recuperanda sancta ciuitate. Is omnē operā suam est pollicitus: verū morte praeventus, successorem reliquit fratrem Corbandam matre Christiana ortum: qui & in baptisate Nicolai nomen sortitus est, & viuēte matre probè se gessit. Sed ea mortua, Saracenus efficitur, grauissimeq; rursum afflictus fuit Armenia.

Cur sum  
mae Tar  
tarorum  
potentię  
toties pe  
tita Hier  
osolima  
non ces  
serit.

Hic cōsiderare lubet R.P. cur toties Tar  
taricis armis petita Hierosolyma, nunquam  
in ipsorū potestatem uenerit, cum in cete  
ris bellis superiores usque ad prodigiū sem  
per euaserint, & totā penē Asiā, & magnā  
Euro-

Europa partem, summa plurimas gētes infracti, inuictiq; domuerint, hīc solūm vincere non potuerint. Sanè irā Dei in hereticos Asianos licet considerare, qui ipsos in perpetuā iam post tot vitia & errores, post tot celebratas synodos, aliāq; consueta Ecclesie remedia, in longam voluit precipitare seruitutem, eamq; durissimam, quam iam non aliter atque Iudei, tot annos patiuntur, nec ad mentem redeunt: Vtinam nos illorum exemplo sapiamus.

Antequā ad Cobala potentissimi, prudentissimiq; Imperatoris reuertar imperiū, & Tartarorum religionem: qui sint isti heretici, qui tantas turbas cōcitāruūt, & tantā Dei irā prouocārūt, ut Asia primò Sarcenorū, secūdo Turcarū, tertio etiā Tartarorum arma experta sit, ac iam vsq; Turcicū ferat iugum, consideremus: non rarò enim ipsorum potissimū Nestorianorū fiet mentio. Oēs quātumuis inter se dissentientes, ab impio Arrio, velut primo fonte ortum habuēre. Rarò enim heresis oritur, quæ nō in multas statim germinat. Docēt id nostra tēpora: nec mirū, quilibet enim etiā se-

Et arum auctori quotannis non semel à seipso  
dissentit, ut & ipsorum libri & symbola  
recocta testantur.

Gregori<sup>9</sup>  
Cedrinus  
in sua hi-  
stor.  
Socrates  
lib. 7. ca.  
32.

Nestorii  
heresis et  
interitus.

Anno circiter 450. imperij Theodosii  
vigesimalotertio, Nestorius Germanicensis  
Patriarcha Constantinopoli electus, statim  
venenū quod mente diu condiderat, simula-  
tor prodit. Celestinus summus Pōt. & Cyril-  
lus Alexandria effecere, ut Synodus cō-  
uocaretur Ephesi: cui Cyrillus loco Celesti-  
ni presedit. Dānatur impius Nestorius, &  
Oasin relegatur, ubi eum diuina vindicta  
arripuit: nā putrefactio omnia eius mēbra  
innasit, maximè linguā eius scelestam, qua  
Aryi exemplo punitus, quantū potuit, cla-  
mauit: Hactenus nobis persuasum non est,  
Mariam esse Dei genitricē. Hec pestis etiā  
nunc Patribus Societatis nostra in India  
nō parvam adfert in propaganda Catholica  
fide molestiam, siquidem vsque ad Indos  
ipsorum Patriarcha, & ubicunque in Asia  
sunt Christiani, Episcopos & sacerdotes etiā  
hac nostra tempestate mittit. Nec solū hac  
secta, sed etiam præter Græcorum schisma,  
Iacobitarū & Agophtorum heresis Asia  
Eccle-

Ecclesias usque ad hæc nostra tempora miserè diuulsit. Eutiches enim & Dioscorus nolentes stare decreto Synodi Chalcedonensis in 12. sectas diuisi, multa millia hæresum peperere: inter quos non infima fuit Iacobitarū: qui à Iacobo Syro homine obscurissimo pauperrimoq;, unde Zantulus dictus est, nomē habent. Hic dū apud Syros hæresim suam, ut apparet, tēpore Zenonis & Anastasii Imperatorum, disseminat, & magna dissidia, variasq; hæreses, ex quibus rursum sectarū agmina exorta, ut fieri solet, excitauit. Modò tamen magna ex parte, qui supersunt Iacobita, errores magistri abdicasse putantur: tametsi mordicus vnā in Christo naturam retineāt. Hi per Orientem suas habent Ecclesias.

Ægophtos verò siue Ægyptios cū ad Ægyptum & Abesinos siue Esihiopas, qui plurimas Ecclesias habent in Africa, uergant, Dioscorum sectari putarem.

Maronita Romani Pontificis doctrinam planè seruant, sed ferè non latius, quàm mons Libani se porrigit, habitant: extra quos fines vix pauci inueniuntur.

Iacobita

Iacobus  
Zantul?

Nicepho  
lib. 18. ca.  
45.

Ægoph  
thi.

Maronitæ.



**Ecclesiæ** *Ha omnes Ecclesiæ Syriaca lingua, ut no-*  
*stræ latina utuntur. Arabica verò uni-*  
**Asiæ om** *uersa penè Asia & Africa cõmunis est &*  
**nes Sy-** *vulgaris. Sed ad Nestorianos reuertamur.*  
**riaca, ut** *Nestoriani & laicè & magnò numero*  
**nostræ la** *præmemoratos superant, ac per vniuersum*  
**tina utū-** *Orientem suos cœtus habent usq; eo, ut in*  
**tur.** *Mozal, vbi ipsorum Patriarcha sedere so-*

**Sedes Pa**  
**triarchæ**  
**Nestoria**  
**norum.**

*let, quæ Parthorum Seleucia putatur, quin-*  
*decim templa celebrent, tribus tantū Iaco-*  
*bitarum religioni dicatis. Est autē ea vrbs*  
*amplissima, & mercaturis frequentissima,*  
*nec procul intra Mesopotamiā à Ninive o-*  
*lim celeberrima sita. Cæterū an à famosissi-*  
*mo Nestorij veneno modo prorsus sint ali-*  
*eni, non satis constat, ceriè in multarū ora-*  
*tionum solennium volumine nusquam D.*  
*Virginem θεοτόκου, sed parentem vita-*  
*lucisq; appellant. In Syriaci tamen noui te-*  
*stamenti ex antiquissimis, adeo ut Apo-*  
*stolorum tempora referre viderentur, ex-*  
*emplaribus Vienna Austriæ anno 1556.*  
*impressi capitum titulis festorum Dei ge-*  
*nitricis subinde mentio fit.*

*Mortuo tamen Patriarcha, quem non*  
*nisi*

nisi quatuor adhibitis Metropolitanis, sua  
 sectæ imitari posse credunt, usque adeò ut si  
 numerus hic desit, à solo Pontifice Romano,  
 quem Apostolorum Principis successorem  
 appellant, illum consecrari debere statuunt.  
 Hinc factum est, ut anno circiter 1368. Ro-  
 mam venerit Nestorianus quidam, Mara-  
 us nomine, quem initiatum summus Pō-  
 tifex ad suos remisit. Hoc in tabularijs po-  
 puli scriptum extare inter recentissima er-  
 ga Pontificem Romanum obligationis &  
 obsequij exempla, retulit alius Nestorianus  
 Siud: qui anno 1552. Romam similiter à  
 suis missus, ut in Patriarchā vngeretur. Vt  
 autem sunt in eo designando hac ratione:  
 Defuncto patriarcha, cum deessent Me-  
 tropolitani, frequentes tum ex Syria, ex  
 Asyria & Persia, Nestoriani Mozal conue-  
 nère, veriti ne quis malis artibus eam  
 dignitatem adipisceretur: inter ipsos aderāt  
 tres, qui adhuc supererant Episcopi civitatū  
 Persidis, Arbela, Salmasti, Adnobergan,  
 que octo dierum fortè itinere à Ninive ce-  
 lebrī olim vrbe versus Orientem distant:  
 & ex civitatibus Babilonia, Carcha, Asyria  
 haud

Nestoria  
 ni sum-  
 mo se  
 subdunt  
 Pontifici  
 1368.

Ratio  
 Nestoria  
 norū in  
 designan-  
 do Patri-  
 archa.  
 Variæ  
 Nestoria  
 norū Ec-  
 clesie.

**Insula  
Tigris à  
Christia-  
nis tota  
pene ha-  
bitata.**

haud procul à Ninive ex insula Tygris 12. millibus passuum supra Mozal posita est, & decem ferè passuum millia suo ambitu continet, muris undiq. cinctâ, et à paucis alijs, quam Christianis hominibus habitata. Ec-batanis siue Tauro, Nisibi, Morde, Ammea, Hasacepha supra eam, quam diximus, insulam sita, alijsq. locis in quibus Nestoriani degunt, confluxere sacerdotes & Cenobitæ, item tres quatuorue Primates, qui publicis literis voluntatem civium, quorum nomine venerant, testarentur.

**Turca  
vnâ cruce  
fixi  
imaginē  
permittit  
tunc.**

Ibi porro cum illorum Episcoporum vnus sacris esset operatus, atque Euangeliorū librum sanctæ crucis imaginem (quo solo per Turcas Christianis vti licet in templis simulachro) ob omnium oculos proposuisset, ac deinde paucis ad populum cōcionatus esset, & post eum ceteri Antistites, ordineq. omnes alij voce, alij literis, suas, civiumq. suorū sententias edisseruissent: compertum est maxima suffragiorum parte Sulacam, aut vt Arabicè vocant, Sind, huius historia authorem fuisse Patriarchā designatum, virū atate annorū circiter 40. in ciuitate Mozal  
optima-

optimatibus natum, qui iam tum annos 12. Cenobitis plus minus quadraginta præfuerat. Abest monasterium hoc à Ninive millibus passuum ferè octo, ab Alcus patria Nabum propheta (etiamnum huius monumento tam Iudæis quàm Christianis celeberrima) nō amplius duobus passuum millibus. Aduocant itaque populi totius nomine Siud, licet reluctantem, atque in medium statuūt: facta solenni more re diuina, sententias denuo ex ordine rogati, cum maiore etiā quàm antè consensione, de illo suffragia tulerunt. E vestigio pro veteri cōsuetudine & decreto, cui repugnare nulli fas est, ad Romanum Pontificem cum literis mittitur: & à septuaginta viris Hierusalem vsque deductus est, inde Romā tribus tantum comitatus venit, & à summo pontifice Patriarcha creatus, ad suos redijt. In epistola populi Nestoriani, quā Siud anno 1552. ad pontificem tulit, ipsum summū pontificem patrē Patrum, & pastorē maximum nominat, Petrum temporis nostrī, & Paulū dierū nostrorū, cinguloq; comprehēdentē uniuersum Christianorū cætum, loco Christi

Monasterium Nestorianorum.

Sentētia Nestorianorū de papa.

De vrbe  
Roma.

Christi esse, habereq; clauēs regni cœlestis. Vocant & murum fortis ciuitatis, & matris ciuitatum Roma magna, quam piscatus est princeps Apostolorum Petrus, & prudens architectus Paulus. Postremo caput omnium patrum Pontificem Romanū vocant. Addebant se mittere magistrum nostrum Siud, virum doctum, temperantem, cœlebem, charitate preeditum, excellentem insigni vite probitate: causam addunt, quia sacerdotium nostrum (inquiunt) à priscis temporibus ex Roma est, quæ est sedes Petri: dolentq; iam 300. annis viam interceptam esse: quo minus Romam venire tuto liceat.

De con-  
fessione.

De S Tri-  
nitate.

De Sacri-  
ficio mis-  
sæ.

Ipsè verò Siud in sua fidei professione, à domino Andrea Masio edita: quam Roma professus est ore & scripto anno 1553. de Trinitate rectè sentit: doletq; cuiusdam tyrannide confessionem criminum sublata esse, rogatq; Pontificem, vt illos excommunicet, qui eam obseruare nolunt.

In sacrificio Missæ credit Christi corpus et sanguinē esse, Romanam Ecclesiam sedē Petri, qui est caput Apostolorum, quod do-  
num,

num, inquit, dedit ipsi Christus per illa verba quæ dixit ad Petrum plâtatorem illius:

Tu es petra, & super istam petrâ ædificabo ipsam Ecclesiam meâ, ita enim illi legunt.

Admittit etiam Consilium Ephesinum, quod ait propter Nestorium fuisse conuocatum, dicentem duas personas esse in Christo.

Summa recipit omnia consilia quæ Romana Ecclesia: excommunicat quos illa excommunicat, vocat beatam virginem Dei matrem: aitq; in suorum libris reperiri sacerdotium ipsorum esse à Romana Ecclesia: quare petit sibi impartiri à Romane Ecclesie Patribus spiritum sanctum, &c.

Ex his videtur Nestorianos lōga vexatione fortè dante intellectum, in multis ad Romanam Ecclesiam redyisse: habere tamē quasdam superstitiones illos qui in India degunt, P. Melchior Nunesius in sua Epistola ad fratres nostros Europeos anno 1561. scripta. his verbis docet.

Visitavi nuper unâ cū Episcopo aliquot castella, quorum incole ab illis Christianis originem ducunt, quos D. Thomas ad fidem conuertit. Miratus sanè sum & hic immensam

Tu es petra, & super istam petram ædificabo ipsam Ecclesiā meam. Admittit Siud omnia consilia quæ Romana admittit Ecclesia.

A D. Thomas facti Christiani.

Eorum  
constātia

Indæi.  
Indi.

Religio-  
nis vesti-  
gia.

Indies in  
templo  
canunt  
Psalms  
Chaldæis  
ce.

Altaria,

mensam Dei bonitatem, qui hos hæcenus sine concionibus, & sacramentorū frequentatione, alijsq; rationibus, quibus nostra cōtinetur religio, in ea fide conseruārit. Magis tamen mirandum, quòd assiduè à vicinis Idololatris Mauris, Iudæis impetiti, acerbè vexati, omniū iniurijs expositi, & irrisi, traditā hanc à D. Thoma doctrinā nō deseruerint. Vt enim nō per omnia vera hic sit religio aut sana doctrina, quam necessū erat cum tempore collabi: retinent tamen qualiacumq; priscæ religionis vestigia. Mirum sanè inter tot Christi hostes venerāda crucis mysteria conseruari potuisse. In dies singulos sub occasum solis ad tēpla sua conueniūt, psalmos & lectiōnes quasdā Chaldæo sermone decantant. Idē ipsorum patres seu seniores quos Laccenares vocant, ante solis exortum faciunt, ad suas aras matutinas preces recitātes. Quod dum fit, omnis astās populis acclamat: Alleluya, aut alias similes voces tanto impetu spiritus intonans, vt tametsi non intelligeremus, excitabat tamē nescio quo pacto mentes nostras ad pietatē. Cum inquirerem quid fidei nostræ tenerēt, aut quid

*aut quid repudiarent, deprehendi quicquid nobis de Trinitate, de incarnatione verbi, de Eucharistia sacramēto traditum & descriptum esset, solidè credere. Id eo magis mirandū, quòd nullā aliunde habeant fidei instructionē, quàm ab Episcopis qui ad hos nonnūq̄ ex Syria veniūt: quorū tamē pleriq̄, aut Theologia ignari sunt, aut Nestoriani. Dū itaq̄, ad hūc modū cū illis sermones cōferrē: primū experientia didici, q̄ nobis sit necessaria lingue Chaldaica cognitio, ijs præsertim qui hos à D. Thomæ tēpore Christianos et Zocotoranos, ac q̄ Æthiopū Regi, quē Pratoianñē vocāt, subiecti sunt, velit cōvertere, recteq̄, in fide catholica instituire. Quicquid enim habent sacrarum literarū, quicquid precū horariarū, quicquid traditionū, sola Chaldaica lingua descriptū habēt: nec fidē ullā adhibēt scripturis, nisi eo idiomate citētur. Quæ certè opinio nō parū hætenus vera religionis fructū impediuit. Nā periculosis erroribus irretiti, nihil admittūt præter Chaldaicū, Latine scripta, nihili faciunt. Quosdam errores modo subijcetam, Sacerdotes ipsorū panē fermentatū in sacrificio*

Trinitatē  
 credunt,  
 incarnationem,  
 In Eucharistia  
 Christi  
 præsentiam.

Zocotorani.

Errores  
 istorum  
 Christianorum.



Oleum  
Euchari-  
stie mis-  
cent.

Sacris  
initiati,  
uxores  
ducunt.  
Iudaizant

Chaldaicæ  
linguæ ne-  
cessitas.  
Armeni  
Hæret.

ficio missæ consecrant, offeruntq̄, nescio quo oleo mixtum, quo etiam Christum usum adserunt. Sacris initiati, uxores ducunt. Vsuras quasdam licitas arbitrantur. Iudaicis etiam ceremonijs interdum utuntur. Quæ quidem corrigi possent, adeoque sperarem me correcturum, si diuturnior mihi cum illis esset usus, & linguæ Chaldaicæ ignorantia fructum non impediret. Quare grammatica Chaldaica lingua conscripta iuniores instituendi. Hæc ille: Nunc de Armenis pauca subiiciamus: habuere & hi ab initio Iacobum Zantulum Ducem, sed post, pro perpetuo hæreticorum more, ut experientia discimus, in mille abièrè opinionum monstra: Arrium, Apollinarem, & alios viros famosos secuti, absurdissimas tandem (nam proficiunt & hæ scholæ) ceremonias commetati sunt. Cænam Domini Iudaico more agno immolato, & sanguine postibus adiu illito celebrant: oblationem oleo subigunt & unguunt, cum vino aquam non miscent, nature Christi unitatem figurantes, & secundum errorum principia eodem die annuntiationis natiuitatis Christi & Baptif-  
matis

matu festiuitatem celebrant. Euangelij dicta tollunt non pauca. Deniq; absurdissimis fabulis fidem adhibent. Nicepho lib. 18. cap. 52. & 53. Damnat sexta Synodus Constant. nonnullas Armenioru cōsuetudines. Hac si quis cōsideret, mirari desinet, quod grauissimus flagellis Asia Ecclesias affligat Deus. Sed ad Tartaros reuertamur.

### ¶ De religione Tartarorum.

**T**artarorum religio tam est varia, ut difficile sit cūcta perstringere: dicam tamē ea qua sunt magis precipua & natia. Vnum norunt Deum, summū, cælestem, immortalem & perpetuum, idque ex Cangi primi Imperatoris instructione habere videtur. Quisq; domi sue tabellam ad parietem defixam habet, in qua nomen descriptum est, quod ipsis hunc vnum & æternum Deum significat, representatque. Indies huic thymiama adolēt, ac thuris suffitu venerātur: eleuatissq; manibus in altū, dentes ter feriunt, duo petentes duntaxat, sanitatē, & bonum integrumq; intellectu, P aliud

Immortalem colunt Deum.

Duo petunt a Deo.

Idolum  
præterea  
veneran-  
tur.

Ceremo-  
nia Deo-  
rum.

Religios-  
nis Tarta-  
ricæ vas-  
tetas.

Animas  
in varia  
corpora  
reverti  
putat Tar-  
tari.

aliud nihil boni operis exercentes. Præterea quisque domi suæ habet Idolum quoddam Natigai dictum, rerum quæ in hoc inferiori orbe proueniunt, ut volunt, Deum: quam ob causam statuam ipsius humi ponunt, seltro vel oue alio ornatam: adsinguntq; ipsæ uxorem & filios, quibus similiter adolēt: hūc liberos armenta, fruges, segetesq; conseruare putant, atque ob id summè venerantur, non solum suffitu, sed quotiescunq; cibum sumunt, pinguiorem carnis portionē istorum labris affricant. In plateas verò carniū ius effundētes, id se spiritibus largiri dicunt: quo factō Deum cum tota familia partem suam habuisse dicitāt, ac leti cibum sumunt. Verūm auitas hi mutāt cōsuetudines, nam & Idola aliarum gētium venerantur, mores legesq; sequuntur: Sarcenorum quoq; ritus imitantur, unde non potest non nasci summa varietas. Cobila potissimū summo Camo ī vario cultu pēute. Cū quis moritur, existimant animū in aliud corpus concedere: ita tamen ut si in hac vita probè se gesserit, felicior renascatur, primo fortè nobilis, secundò etiā

Domini.

Dominus, aut Princeps: donec tandem  
 varijs in melius semper succedentibus na-  
 tiuitatibus, quasi Deus quissiam euadat.  
 Si verò mortem impia & turpis vita præ-  
 cesserit, è diuite renascatur rusticus, pau-  
 perculus, dein etiam canis & vermis sem-  
 per hoc modo in peius vergendo.

Sunt apud istos & religiosorum quadã  
 genera & monasteria adeo ampla & ma-  
 gnifica, ut duobus millibus religiosorum  
 sufficiant. Idola isti sedulo solenni cantu,  
 accensiq; multis candelis venerantur: Hi  
 ceteris hominibus honestius vestiuntur,  
 quidam etiam uxores ducunt. Est & aliud  
 religiosorum genus rigidissimum, quod so-  
 lis fursuribus, iisq; probè lotis sine ullo con-  
 dimento victitat, storea illis lectus est, nec  
 putatur in orbe aliud esse genus hominum,  
 quod asperiores trahat vitam. Uxores hi  
 nullo modo ducunt. Quoniam verò Ido-  
 la sperunt, atque ignem venerantur, he-  
 retici ab alijs habentur. Vestibus canabeis  
 nigris caruleisue vtuntur, nec à sericis e-  
 iusdem coloris abhorrent. Hi, ut & prio-  
 res, caput barbãque radunt.

Monaste-  
 ria Idolo-  
 latrorũ.

Ignis cos-  
 litur.

Magi.  
Astrolo  
gi.

Sunt & Magi plurimi, & Astrologi, qui velut magistri religionis habentur: quorum dictis etiam Imperatores, prudentissimiq; inter Tartaros Principes fidē adhibent, & obtēperant. Magi admirabilia operantur ac veluti prodigia: persuadentq; hominibus huiusmodi opera sanctitatis merito fieri: utq; apud populum in maiore sanctitatis sint opinione, laceri sordidiq; incedunt.

Sacrificia.

Dum pestē, aut malum aliquod ingruere imaginantur, suadent Imperatori, ut sacrificia (qua etiam prescribunt, numerū exprimentes veruicum, quibus nigra capita, ligni item aloës ac thuris certum pondus, prout avaritia aut superstitio dicitur) instituat. Quae statim omnia expediri iubet, ut sacrificium Dīs offeratur. Praefinito itaque die thura adolēt; ius carniū in aërem spargunt. Suadent etiā Camo ut vigesima octava lune Augusti lac equarum albarum in aëra dispergendo Dīs, spiritibūsq; propinet, ad iumentorum, armentorū, auiū, nec non segetum, & quicquid terra producit, conseruationem. Alit enim Camus equarū candidissimarū decem millia, de quarum lacte

lacte nemo bibere potest, nisi qui de Cingis  
 primi Imperatoris stirpe fuerit: quamuis  
 Cingis ipse alteri præterea familia id ob re  
 in bello optimè fortissimèq; gestam, indul-  
 serit. Populus equas istas in summo precio  
 habet, adeoq; veneratur, ut si in pascuis aut  
 syluis hominibus occurrant, cedant isti, ne  
 gradientibus recta impedimento sint.

Equarū  
 albarum  
 venera-  
 tio.

Pluuias tempestatesq; ydē Magi norūnt  
 demonū arte auertere: cū enim imbres  
 densa decidunt, recta palatij Cami ascen-  
 dentes, ut in ambitu decidāt, ipsum verò  
 Palatium intactum relinquatur, efficiunt.  
 Horum quidam eò feritatis peruenēre, ut  
 capite plexorum elixis carnibus vescantur.  
 Sunt enim Magorum & præstigiatorum  
 varia secta.

Præstigia  
 Magorū

Astrologorū verò non paruus est nume-  
 rus: Cobila enim 5. millia eius generis hoēs  
 alit: inter quos etiam Christiani sunt &  
 Saraceni: futura tempestatesq; prædicunt,  
 libellos prognosticos conscribūt, mēses ani-  
 malium nominibus draconis, leonis, canis,  
 &c. distinguunt: hos mercatores, & qui  
 longa instituunt itinera, consulunt.

Astrolog  
 81.

7 Mores & vitæ ratio Tartarorum.

Tartari  
vagi.

Ipſorum  
vitæ ra-  
tio.

Canibus  
& afinis  
veſcun-  
tur.

Virorum  
officium  
Mulierū  
officium

**T**artari ob magnam armentorum iu-  
mentorumq; copiam, pabuliq; defe-  
ctū ſedes frequenter mutant, quod  
non eſt huic genti difficile, cum adibus ca-  
reant. Caſulas enim ex viminibus robu-  
ſtioribus conſciunt, ac feltris ( pannus eſt  
arte ſine textura mirè deſatus, iam paſſim  
in uſu ) tegunt. Cum verò loca mutāt, ba-  
cillos & vimina in faſcem colligunt, ac cū  
reliqua, quæ curta eſt, ſupellectile, bigis aut  
quadrigis feltris optimè tectis, ita ut nihil  
damni ſentiant, etiam ſi toto pluat die, im-  
ponunt: eaſq; boues & cameli trahunt.  
Carne & lacte viuunt, ſeras enim ſectan-  
tur, quanquam camelorum & equorum,  
aſinorum & canum ſi qui ſunt pinguioreſ,  
carnes comedunt. Ex lacte potum parare  
norūnt, qui ut vinum limpidus eſt. Viri rē  
familiarem non curant, ſed arma ſolum  
tractant, & aſiduò venātur. Vxores, quas  
habent plurimas, domum curant, emunt,  
venduntq;: & inter ſe adeò concordē vi-  
uunt, ut mirum ſit: & in exercendis mer-  
cimo-

imony's mutuò sese iuuat. Hinc fit ut ma-  
 riti vxorũ grege non grauentur, cum vtilis  
 sint admodum: quare & à viris suis dotẽ  
 recipiunt. Maritum summè amãt, & re-  
 uerentur, fidem matrimonij tam ipsa quã  
 viri religiosè seruant, grauissimumq; sce-  
 lus adulterium putant. Prima & charior,  
 & magis legitima cũ filijs habetur. Mor-  
 tuo patre, filius omnes patris vxores, deãpta  
 matre, ducere potest. Item filias omnes  
 demptis sororibus ex matre comuni natis:  
 frater quoque demortui vxorem ducit. Si  
 cui apud Tartaros mortua sit ante nuptias  
 filia, & alteri filius, mortuos etiam mari-  
 monio iungunt, quod hoc modo fit. In char-  
 ta depingunt mortuis iumenta, armẽta, su-  
 pellectilem, & quibuscunque opus putat in-  
 alenda familia: dos quoq; constituitur, lite-  
 risq; confirmatur, ne quis putet rem nõ serio  
 fieri. Dein charta illa picta flammis man-  
 datur: & hoc modo coniunctos simul viue-  
 re in alio orbe putant, nescientes miseri illu-  
 lud Euangely, quod in futuro seculo neque  
 nubet, neque nubetur. His confectis, nuptia  
 celebratur, & affinitas utring; contrahitur.

Filij pri-  
 uignas,  
 ipsorum  
 que filia  
 as ducunt.

Mortuos  
 rum con-  
 iugias



## ¶ De bello Tartarorum.

Duces &  
ordo ex-  
ercitus.

**E**xercitus Regis plerumq. est non minus centum millium equitum, quem Rex ducibus per denarios distribuit. Sunt enim vel decuriones, vel ceturiones, vel chiliarcha, vel myriarche. Cum igitur Rex in expeditionem educere exercitum vult, tantum myriarchas accersit, quidq. facto op<sup>o</sup> su, praescribit: Illi porro chiliarchis: hi deinde centurionibus: ceturiones postremo suis, nec alio opus est consilio. Omnes vero milites, quam sint dicto obedientes, non facile credideris. Sunt praeterea 12. alij viri nobiles, qui totius exercitus curam gerunt: duces militesq., num strenue agant, observant: & cum Rege, cui solum subsunt. potissimum sua consilia communicant. Cum movet, ad miliaria decem sunt qui exercitum, velut pericula explorantes, praecedunt. Alij qui a tergo sequuntur: alij qui exercitus latera protegunt, ne quis ex inopinato copias turbare possit. Hinc collige quantum indigenus incommodi inferant, dum ita late sparguntur. Pleriq. militum 16. aut 18. equas secum

secum abducunt, defatigatas cum alijs qua  
occurrunt, commutant. Harum lacte cum  
urget necessitas, ad dies 10. sine alio cibo  
vescuntur, imò & sanguine, quem secta  
vena hauriunt. Lactus exempto butyro  
sole densati libras 10. secum ferunt: mane  
mediam libram lagenâ imponunt, cū quâ-  
ta volunt aqua, ut conquassatione itineris  
dissoluatur, ac prandium ipsis prebeat.

Si procul abeundum sit, nihil quod ad  
stratum pertinet, secum ferunt: ferunt tan-  
tum casulas suas & feltra ad arcendâ plu-  
viâ & vasa quibus cibos parent, coquâtq̃.  
Pugnandi ratio hæc est: semper circa hosti-  
lem versantur exercitum, vix unquâ toti  
hostibus miscētur, ut fugam simulare, quod  
frequenter fit. liceat, non ociose tamen, sed  
sagittis semper hostem petendò: dein mira  
agilitate equos reflectentes, hostes acrius  
urgent ac sternunt. Arma sunt, gladij, ha-  
sta leuiore, clauæ ferro munitæ: arcu tamen  
in primis utuntur, quo sunt exercitatissimi.  
Statim enim primo congressu aërem sagit-  
tis replent, & veluti telorum imbrey hostem  
percellūt, ut plurimi tum viri 10. tum equi  
statim

statim cadant. Thoracibus ex bubali, aut al-  
 terius animatus denso corio, coctione quadā  
 egregiè durato se muniūt: fortissimè ferocis-  
 simeq; in hostes irruunt: crudelissimi enim  
 sunt, vitamq; non aliter profundunt, atque si  
 reparari facile posset. Laborum, inedia, &  
 maximorū incommodorū patientissimi, &  
 minimi cibi, ita ut vno mēse solo lacte cō-  
 tēti hilariter viuant: equi solo gramine su-  
 stentātur, nec hordeo aut auena indigēt: bi-  
 duosq; interdū integro armati equis insidēt,  
 dormiuntq;, equi interim gramina carpunt.  
 Summa in tolerandis maximis incōmodis  
 sunt inuicti, et ob id mirū nō est si vniuer-  
 sam penē Asiā subiugauerint. Verūm cū po-  
 stea apud Indos & alias gentes versarētur,  
 effeminari cōperūt, et de pristino robore vi-  
 ta delicijs irretiti, aliquid remittere: diuites  
 aureis & Sericis vestibus, preciosissimisq;  
 pellibus, & aliarum rerum luxu excedere.

¶ De Cobila siue Cublay 6.  
 Tartarorum Imperatore.

1250.

Cœpit Cublay regnare anno Domini  
 1250. annos natus 27. qui ob summam  
 pruden-

Prudentiam, probitatem, & rem in bellis optimè fortissimeq; gestam, repugnantibus alijs fratribus, amicis, & Principibus, ad imperium legitimè peruenit. In re militari erat & versatissimus, & felicissimus.

Omnibus bellis, antequam ad imperiū euectus esset, semper non solum interfuit, sed fortissimè se gessit, adeo ut huic parem antea nullum Tartari belli ducem habuerint.

Cobilæ  
fortitudō.

Ceterum post adeptum imperium per legatos bellum gessit: semel duntaxat contra Naiaam tyrannum, qui Regnum affectabat, prodijt. Euasit, siue diuitias spectes & potentiam, siue populum qui ipsi parebat, siue regna & prouincias, Imperatorum & Regum omnium qui ante ipsum fuere, potentissimas: Nullique Regum Tartari maius unquam exhibuere obsequium. Vexillum vehebat solis lunæq; imagine insignitum.

Potentia  
eius.

Vxores 4. qua Imperatrices vocabantur, habebat, concubinas plurimas: vnaqueq; etiā Imperatricum tercetas puellas nobiles plurimasq; alias feminas alebat, nec non adulescentes nobiles, & Eunuchos non paucos: adeo ut vnaquaque earum in suo palatio

Imperat  
tricum  
potentia

non mi-

Vngut.

non minus decem millium hominum habuerit. Mittebat enim Cobila singulis biennijs certos viros in prouinciam Vngut, ubi homines sunt & candidissimi, & forma præstantes, qui inde precio iusto adducerent 400. vel 500. virgines: in quarum delectu formam, membrorumq; proportionem decentem exquirerent. Nec id satis, Principum etiam vxoribus tradebantur ad dies aliquot, donec per omnia essent perspectissimæ, attēdereturq; num aliquo defectu laborarēt. Sumpto itaque quantum satis erat, in omnibus experimento, decem vicissim, donec res in orbem reuenteretur, Cobila seruiebant. Si quæ ex adductis non per omnia placerēt, eas optime institui, & ut acu pingere discerent, curabat: deinde nobilibus maritis non sine ampla dote locabat. Vngutani hanc filiarum suarum auæctionem non male ferebant: nec seruitutem, sed felicitatē iudicabāt, et filias fausto sydere natas, nec sibi optatius quid obtingere posse prædicabāt: nec enim infelices isti fornicationē inter peccata numerant, ducunt in bonus dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Impera-

Iob. 21.

Imperatricum filij 22. erant, quorū maior natu in imperium successit, reliqui in regna et principatus. Et iā tūc 7. Reges erāt, cum hic ageret M. Paulus, & regna optimē prudentissimeq; administrabant. Cōcubinarum verò filij 25. ad arma paratissimi instructissimiq; principes omnes.

De admirabili ipsius magni Cami palatio pauca dicamus: rerum enim summa tantum tangimus capita. Vastum campum complexus est muro quadrato, qui suo ambitu cōtinet triginta duo miliaria, fossa præterea circumacta est: unumquodq; latus (quatuor enim sunt) unā habet ianuam, qua quilibet admittitur: frequentes enim singulis momentis undecūq; confluunt homines. Ab hoc muro uno militari abest alius similiter quadratus, qui suo ambitu sex miliaria cōplectitur: inter hunc & priorem sunt Magni Cami milites. Interior hic murus tres habet portas ad ortum, & totidē qua ad Septētrionē spectat: media inter utraq; maiores non patēt, nisi Camo. In quatuor huius muri angulis insignia spatiosaq; visuntur palatia, similiter 4. alia ad cuiusq;

Filiorum  
Cami po  
tentia.

Admirabile  
Cami palatium.

cuiusque muri medium inter ista angularia sita : in his 8. palatys erant omnia armamenta bellica, & quicquid ad instruendum exercitum ea atate requirebatur. Intra hunc murum est & alius quadratus murus altitudine 10. passuum, qui ambitu suo 4. complectitur miliaria. Sex similiter portas habet, nec non 8. palatia, rebus bellicis & armis probe instructa. Inter hunc & priorem murum sunt amenissime virentia prata, insignes arbores, omne genus ferarum & animantium. Plateæ altæ adeo attolluntur, ut nec lutum, nec aquam retineant, sed munda semper conspiciantur. Intra hunc interiorem murum est Magni Cami altissimum palatium, quo nullum aliud extare maius scribit Marcus. Pavimentum 10. palmis assurgit, foris ad parietes equè aliè murus attollitur marmoreus, latus quantum ad commodam deambulationem satis est. In huius extremo assurgunt columna & plutei ea altitudine, ut commode ijs innitiquis possit. Parietes palatij sculpturis pulcherrimisque picturis omni animantium genere sunt adornata: in ijs item res fortiter

fortiter gestas à belli ducibus licet contem-  
plari. Cælum quoque depictum totum atq;  
inauratum. Vastissimam habet aulam, in  
quã per quatuor marmoreas scalas ad qua-  
tuor palatij latera constitutas ascenditur.  
Cubicula innumera adeo bene constituta  
tãtaq; arte, sicut etiam totum adificium, ut  
nihil possit melius. Ipsum tectum quoque  
est variegatum rubris, ceruleis, viridibus,  
alijsq; coloribus: fenestra ex limpidissimo  
vitro confecta.

Huic palatio ex aduerso aliud omnino si-  
mile est, in quo agit filius imperij Princeps,  
qui in magnificetia stat<sup>9</sup>, et alijs per oia, ut  
pater regie se gerit. Sũt hĩc & imperatricis  
vasta palatia. Est & mons arte factus, qui  
suo ambitu miliare continet, elegantissima-  
rum plenus ex omni genere arborũ semper  
virentium, quas varijs ex locis aduehi cu-  
rauit Camus. In medio montis totum viri-  
dibus ornatum coloribus, aliud insigne ex-  
urgit palatium. Camo duo sunt germani fra-  
tres, quos venatoribus, qui sunt viginti mil-  
lia, prefecit. Quorũ 10. millia rubris, reliqui  
ceruleis vestibus induũtur. Alumi hi vena-  
ticorum

Vigineti  
venatos  
rũ mile  
lia.



Canes ve-  
natici  
quinqui-  
es mille.

Accipitra-  
rij 10.  
millia.

Pena fu-  
rum.

ticorum canum quinque milia. Cùm Co-  
bila iret venatum, medius inter utrūque  
agmen incedebat, occupabantq̄, vasta in re-  
gionis plagam, nec erat fera que effugere  
poterat. Venatores isti tenentur indies au-  
le subministrare 10. milia animantium,  
exceptis coturnicibus: cùm quid numero  
deest, piscibus aliquot pro quoque animãte  
supplent defectũ. Accipitrarios quoque de-  
cies mille habet, qui falconibus, alijsq̄, rapa-  
cibus anibus sectantur volucres. Aves ad  
predam edoctas habent infinitas, que ar-  
genteis tabellis insigniuntur cum nomine  
heri insculpto: qui si ignotus sit inuentori,  
ad virum nobilem, qui rerum amissarum  
curam habet, res amissæ deferuntur: hunc  
qui amisere quippiam, accedunt: Is cùm est  
in exercitu, altiore loco residet, non sine ex-  
panso vexillo. Si apud aliquem res amissa  
inuenitur, fur habetur. Furum autem pe-  
na est hæc, ut si nõ posset novies quantum  
abstulit, restituere. 7. vel 17. vel 27. vel 37.  
usque ceterum verbera pro delicti magnitu-  
dine ipsi infliguntur, nec raro mors cõsequi-  
tur. Quoties Camus versus mare it vena-

tum, duobus, vel etiam cum non impedit  
viarum angustia, quatuor Elephātibus ve-  
hitur, in quorum dorſis, domus tapetis au-  
reis, sericisq̄, auleis egregie adornata est.  
Adsunt ipsi 12. Principes, quibuscū tem-  
pus falli, quicq̄, ipsum admonent, cum auē  
aliquam volantem vident: mirum enim  
quantum his recreetur.

A venationibus se recipit Cazarnodin, Cazarno  
din.  
ubi filiorum vnus agit cum non paucis no-  
bilibus, suntq̄, hic in promptu decem tento-  
riorum millia: ipsius verò Cami tam est  
protensum, ut decies mille homines capiat. Ingens  
tentoriū.  
Cubicula ligneis columnis affabre factis ful-  
ciuntur, pellibus tecta sunt omnia, pluuijs  
arcēdis accommodis, intus verò preciosissi-  
mis quoq̄, munita pellibus. In summa ita o-  
mnia instructa sunt, ut nō in exercitu, sed  
in vrbe versari videantur. Adsunt ipsi &  
Medici & Astrologi.

Vides in qua versa sunt Tartarorū casu-  
la, & feltris oli tecta biga, & quomodo de  
stercore ad summā gloriā erecti sunt paupe-  
res: beatū dixerunt populū cui hæc sunt: at  
verò beatū appellat Dauid, cuius Dominus Psal. 143.  
9 Deus

Deus eius. Hi gētiles paradifum in hoc or-  
be quibusdā bene gestis recepisse videntur-  
sed p̄ saturabuntur, cū apparuerit gloria  
Domini: que non voluptatibus, & auro, &  
mūdano sp̄e dore, sed vita puritate acquir-  
ritur, Christi sanguine nos repurgante.

Addam aliud, quo facile omnes Reges  
& Principes superat Camus. In vijs Regijs  
vigesimoquinto quoque, aut trigesimo mi-  
liari, prout se offerunt oppida, palatia con-  
struxit planè Regia, & viris principibus  
excipiendis accommodatissima: in quibus  
perpetuò 400. aluntur equi, ad vsum legato-  
rum nunciorum, nobiliumq; Cami, ut defa-  
tigatis equis illic relictis, alios assumāt, ne-  
gociaq; conficiant: in locis quoque incultis  
similia exstruxit, missis hominibus qui a-  
gros colant. Sunt in ijs ut minimum equo-  
rum veredatiorum ducenta millia: palatio-  
rum verò decem millia, in nullis quid de-  
est, quod ad vsum requiras. Si querat ali-  
quis, vnde tātus populus qui tot rebus pre-  
ficiatur, & vnde ali possint: Idololatrie &  
Saracenis licet tot ducere fēminas quot lu-  
ber. Vnde fit ut vnus plerūque 30. filiorum  
efficiatur

Equorū  
vereda-  
riorum  
2000.  
Palatia  
1000.

efficiatur pater, qui omnes parētem in bello  
 nō raro sequuntur. Quod ad victū attinet,  
 tenui et facile paratu viūtur, oriza, panico,  
 milio, quæ terra mandata plerumque red-  
 dunt centuplum. Horum farinam cum la-  
 cte & carne coquunt. Frumentum hīc ra-  
 rum est, quod farcimīnibus miscēt. Nul-  
 la est tellus qua non colatur sedulo, armen-  
 tis & iumentis, quorum lacte etsi neces-  
 sitas urget, etiam sanguine vescuntur.

Camus intra palatium tum pro corporis  
 sui custodia, tū pro magnificentia maximè,  
 perpetuò habet 12. equitum millia, quibus  
 præsunt 4. Duces, qui vicissim cū 3. millib<sup>9</sup>  
 militū excubias agunt, reliqui interim mi-  
 nimè palatium relinquunt: nisi forte aliqūe  
 cum Ducis sui licentia res magni momēti  
 euocēt. Sunt præterea 24. viri Principes,  
 qui vniuersis Imperij negotijs præsunt 12.  
 qui toti exercitui de necessarijs prouidēt, et  
 castra cū videtur, moueri curant, nec vl-  
 li nisi Camo subsunt. Hi abiecti animi  
 milites pellunt, fortes animososq; substitu-  
 unt. Duces qui strennuè se gesserint, e-  
 uehit, ex decurionibus centuriones, ex his  
 q̄ y chiliar-

chiliarchas & c. & ita deinceps magis magisq; euehit, datq; aureas argenteasue varias tabulas, pro rei in bello fortiter gesta testimonio, & pro ea quam hinc assequuntur, dignitate: tabularū hæc inscriptio: Per magni Dei potētiam, fortitudinem & prosperitatem nostro datā imperio, nomen Cami celebretur, ac felicitatem consequatur: omnes verò qui ipsi non obtemperent, pereāt male. Qui verò totius exercitus Duces sunt, in sedibus argenteis sedere iubētur, & pro maiore dignitate apud plebem consequenda, conopæum expansum supra caput ipsorum, dū in publicum prodeunt, geritur. Quidam verò eo euehūtur honoris, ut ipsis liceat pro sui custodia toto vti exercitu, & magni Cami, aliorumq; magnorum Principum equis. Hi 12. etiā curāt ut nihil desit exercitui, & moueri castra cum videtur, iubent. Alij verò 12. omnibus, quæ 34.

Duodeci sunt, prouincijs præsumt, & Cambalu in aula Regia degunt, ubi unaqueq; prouincia suum cum non paucis Scribis, habet Indicem, qui omnia quæ ad bonam gubernationem prouinciarum pertinent, constituunt,

Duodeci  
viri om-  
niū pro-  
uinciarū  
Præfecti.

tuunt, & Camo offerunt consignāda. Curāt  
etiam hi 12. tributa Cami, & negotia.

Festā quadam hi populi celebrare solēt,  
maximè natalē Imperatoris: quo die om-  
nes tam Christiani quàm Saraceni & Ido-  
lolatæ pro salute ipsius preces fundere iu-  
bentur. Primo verò Ianuarij nobiscum an-  
num auspiciantur, & primū diem albis ve-  
stibus induti, quod id felix autumant, vt  
toto anno bene succedant omnia, celebrant.  
Sibi mutuo munera candida mittunt, tam  
Principes quàm plebes, inuicem amplectū-  
tur, bene precātur, optantq̄, vt annus felix  
faustusq̄, sit omnibus. Hoc quoq̄ die omnes  
Prouinciæ, & populi principesq̄, qui Camo  
subsunt, maxima ipsi mittūt munera, au-  
rea, argētea, pānos quoq̄, albos, vt letus de-  
gat & felix: id aut observatur sedulo, vt  
nouenario numero omnia complectantur,  
nouies exempli causa nouem equos, aut  
aureas laminas, gemmāsue toties nouem.  
Id autem ijs quibus iam dicam, peragitur  
ceremonijs. Ad aulam Regiam Impera-  
toris filij & amici, Reges & Principes, Du-  
ces & Comites, Equestris ordinis viri, &  
nobiles,

Gentis fe-  
sta.

Inuentis  
anni cele-  
britas.

nobiles, *Astrologi & Medici, Venatores & Accipitrarij, & quicumque aliquo munere funguntur, ingrediuntur, pro dignitate locum accipientes, adest & Camus ipse. Tum inter eos quidam velut Antistes surgens, monet omnes his verbis: Inclinate & adorete. Quo dicto, statim omnes capita in terram demittunt. Rursus ait: Salvet Deus Dominum nostrum multo tēpore in letitia & iucunditate. Respondent omnes: Faxit Deus. Et rursus: Deus augeat ipsius imperium, omnēque populum in pace & tranquillitate conseruet, voluntatem ad bonum impellat. Regionibus quoque omnibus quæ ipsius imperio parent, optimè sit. Respondent rursus omnes: Faxit Deus. Deinde ad altare sumptuosè admodum instructum accedit, in quo tabella quadam rubra collocata est, cum nominis Magni Cami inscriptione, in eoque thymiama summa cum veneratione incendit. His peractis, omnes tabellam summè venerantur. Deinde maximi precij munera Camo (qui etiam presens est) quisque offert. Hoc quoque hanc celebritatem non parum*

Altare  
cum ins  
scriptio:  
ne nomi  
nis Cami

parum auget, quòd Cami Elephantes, qui sunt quinque millia, tecti omnes aulais ex serico auròque contextis, rebus ad aulam necessarijs onusti, longo ordine cum multis Camelis similiter adueniunt: res sanè quæ intuentium oculos mirè recreat, inquit harum rerum spectator Marcus.

Postremò mensæ accumbentes opiparè lætèque epulantur omnes, atque ita actui finem imponunt. Habent præterea singulis lunis alia festa: Id autem memorabile est, in certis festis non solum Camum, verum & Aulicos omnes vestes mutare, quas singulis suppeditat, preciosas admodum auro, gemmisque ornatas, verum reponi ea iubeat, ut rursus festis recurrentibus vtantur iisdem. Ex dictis apparet tantas nulli unquam Regum aut Imperatorum impensas ferre potuisse. Nec mirum, sunt enim vrbes Catata & Mangu, longè nostris & plures, & maiores, & potentiores, si Marco Paulo credimus.

Dum in viuis esse desit Imperator, & omnes in monte Altay sepeliri debeant, etiã si itinere 100. dierum absint, eo inferuntur.



Dum verò afferuntur, omnes homines quos obuios habent, & equos, etiam si maximi sunt precij, trucidant, iubentq̄, ut ad ministerium Magni Cami in alterum mundū siue vitam abeant, ibi enim ipsis vsui fore arbitrari videntur.

Homicidium inter peccata non numerant: grauius tamē in deos commissum putāt, si fortē equum ore habena ore nō exempta, herbas depascere siuerint.

1286.

Naias.

Anno circiter 1286. Naias auunculus Cobila, vir potentissimus, annos 30. natus, Imperium affectans, quadringētis millibus equitum, in auxiliū etiam excito magna Turcia Domino Caidu, qui cum centū millibus equitum se itineri accingebat, Tyrannidem inuasit. Cobila videns rem in periculo versari, accelerandū, ut erat prudentissimus, iudicat: quos de sua familia & aula ad manum habebat, antequā Caidu aduenisset, conuocat, tercentum equitum, perditum verò centum milia. Quoniam verò ad singulas ciuitates maiores, quae plurimae sunt, semper s. hominū armatorū millia habet, si acceleratione opus nō fuisset, infinitū addu-

Caidu  
magnae  
Turciae  
Domini  
nus.

adduxisset exercitum. Arcem igitur Elephantis indurato corio probè armati dorso impositam ascendit, Magis prius consultis, qui victoriã promittebant. Cũ paucis illis rē aggressus, hostem vicit, in potestatem redegit Naiam: tapetisq; insui ipsum curat, ac tam diu in eis violenter agitari, donec animam exhalaret: quo genere mortis, qui sunt ex Regis sanguine, afficiuntur: indignum enim iudicant, sanguinem regium fundere. Erat autem Naias homo malus & improbus: tametsi enim Christi sacris imbutus esset, nunquam quæ sunt Christiani hominis, exercuit. Volens interim regnum inuadere, vexillis cruce signatis usus est, ut hac religionis specie Christianorum ad suum exercitum accessio fieret: nec falsus est, infinitos enim allexit, quorum plurimi in prelio, quod cum Cobila inijt, cecidêre. Videntes autem Iudæi & Saraceni vexilla crucis proculcata, Christianosq; qui in ijs fiduciam aliquam collocasse videbãtur, omnes casos esse, multis risibus, salsisq; scommatibus, & crucis sacre typum, & Christianos exceperunt, petulanter adeo, ut ad Cobilam ire quarelas

Christia-  
norum  
cædes.

Infideles  
Christia-  
nis insul-  
tant.

Cobila  
Christia-  
nos &  
Christū  
defendit

querelas deposituri cōpulsī fuerint: qui gra-  
uiter sapienterq; irrisores reprehendit di-  
cens: mirū non esse, si in crucis signo nihil  
præsidiū inuenisset Naia, cū proditor esset  
& impius: Christianorū verò Deus iustus,  
impijs, cū sit summa bonitas et sapiētia, nō  
fauere. Cauent igitur ne in posterū ipsum  
iniustū iudicārēt, ex eo quòd tales Christia-  
nos, qui impium secuti essent, non inuisset,  
nec hoc nomine Christianis ludificarentur.

Cobila  
Euange-  
lia vene-  
ratur.

Cū igitur ipsa Paschatis celebritate par-  
te triumpho Cambalu reuertisset, Christia-  
nis celeberrima, quatuor Euangelij libris  
thymiamate sepius, nec sine multis ceremo-  
nijs, summaq; reuerētia adoleuit, postremò  
etiam osculatus est: idem etiam fieri à sin-  
gulis principibus voluit, quem modum in  
omnibus celebrioribus Christianorū festis  
nō solū obseruare cōsuevit, verū etiā Iu-  
deorum, Saracenorū, & Idolorum. Rogatus  
aliquādo ante hanc Naia stragē à D. Nico-  
lao, & Maffeo venetis Paulinis, quos in ho-  
nore habebat, cur tot diuersis & inter se  
pugnātibus ritibus numē coleret, respondit:  
Quatuor in orbe Magnos prophetas adorari:  
à Chri-

Cobila  
stulta re-  
ligio.

à Christianis Christum: à Iudeis, Moysen: à Saracenis, Mahumetū: ab Idololatriis Sagonombarem Camum deorum primū. Quos omnes cum etiam veneror, inquit, illū qui in cælo Maximus & verior Deus est, hoc modo me honorare existimō: Fateor tamen Christianorum religionem, legemq̄, quantum lumine naturali assequor, optimā esse: nihil enim precipit, quod nō sit optimū sanctissimumq̄. Verūm non patitur à Christianis crucē qua Christus de damone & mūdo triūphauit, in honore haberi, eò quòd vir tantus in ea ignominiosè fuit occisus. Rogatus rursus cur non amplecteretur, quod cæteris optimo iure preferendū iudicaret: Respondit se hoc prohibere, quòd videret, qui in suo agerēt imperio Christianos esse ignoratissimos, nihil scire, nec posse quicquā: Idololatrias verò quiduis & stupēda: efficiunt enim (inquit) ut nullius admotis manibus, vltro ad me scyphi vino pleni, & lances dappib<sup>9</sup> ex medio aula per aērē veniāt: maximas tempestates sistunt, & à nobis in alias regiones auerunt, efficiuntq̄, cum imbres decidunt, ne locum vbi dego attingant.

Idola,

Christi  
doctrinā  
& legem  
cæteris  
præfert  
Cobila.

Christia-  
norū in  
Tartaria  
ignorā-  
tia.  
Cur Co-  
bila non  
amples  
statur  
Christū.  
Præsti-  
gia Idolo-  
latrarū.

Cobila le  
gatos Ro  
mā desti  
nat, vt  
mittatur  
qui Chri  
sti legem  
cæteris  
explicet.

Idola, vt cætera taceam, futura prædicant:  
eadem hæc Principes, qui ad Christum ac  
cedere nollent, mihi obycerent. Idololatra  
præterea hæc prodigia non malorum da  
monū ope, sed virtute & sanctitate Idolo  
rum fieri nobis persuadent. Et cum his ar  
gumentis diluendis non sufficiam, grauiter  
me errare clamarent omnes, leuitatisq; no  
tam mihi inureret, si tam facile Christum  
sequerer: adhuc non deessent Magi, qui me  
suis artibus prodigiosis perderet. Vnum igitur  
nobis superest consilium: Ibitis (inquit)  
vos ad summum Pontificem vestrum, ro  
gabitisq; meo nomine, vt mihi 100. viros  
sapientes mittat, peritos philosophos, in do  
ctrina & religione Christiana probe instru  
ctos, qui doceant Christi doctrinam ab om  
nibus amplecti debere, nec sine ea salutem  
quempiam consequi posse, atque ea re cæte  
ris præstare: Qui præterea Idololatrarum  
errores conuincant, reprobentq; præstigia,  
seq; eadem præstare posse, verum religione  
prohiberi, quod demonum auxilio & impia  
impurorum spirituum commercia fiant: po  
stremò ita malignos spiritus constringant,  
vt hæc

ut hæc prodigia efficere non possint. Vbi hæc, inquit, videro, Magos, Idololatræq; repro-  
babo, & in Christi baptisma cum meis  
proceribus cõcedam, eruntq; in nostro orbe,  
quàm vestro longè plures Christiani.

Cùm se paratissimos ad hoc iter arri-  
piendum offerrent Paulini: addidit ipsis  
virum nobilem legatum Chogotalum no-  
mine, monuitq; ut de oleo quod Hierosoly-  
mis ad Christi sepulchrum accenditur, ad-  
ferrent. Pergunt illi, & Venetias anno 1269. 1269.

peruenerunt, verùm cùm mortu⁹ esset summus  
Pontifex, amplius biennio in Europa hæserunt.

Tandem electo nouo Pontifice, qui Grego-  
rius decimus est appellatus, literas ab eo, &  
maximi precij munera ad Camum accepe-  
runt. Sed is viros duntaxat duos misit præ-  
dicatores, Nicolaum Vicentinum, & Gui-  
lielmum Tripolitanum: quibus potestatem  
dedit ordinandi sacerdotes & episcopos.  
Verùm cùm hi venissent in Armeniam,  
eamq; à Babylonio Califa Benhochdare siue  
Bendogobare vastari, belloq; feruere in his  
regionibus omnia intelligerent, ex Syria  
quoque Tartaros eyçi: non fuere ausi boni  
isti

Gregori⁹  
10. ad  
Chamū  
duos Mo-  
nuchos  
mittit.

isti viri se periculis committere: Domumq;  
 reuersi rem tantam, cui millies insumenda  
 fuisset vita, intercidere passi sunt. Traditus  
 Pontificijs literis muneribusq; Paulinis, qui  
 iam tres erant (secum enim Nicolaus fi-  
 lium suum Marcum Paulum adolescentē  
 amplius quàm 20. annos natum duxerat)  
 contemptis periculis & difficillimo itinere,  
 per loca tutiora, prolixiora tamen, tertio an-  
 no demum, ob niues & aquarum inunda-  
 tiones & frigora ad Camum peruenēre. Is  
 tunc agebat Clemens: de horum aduentu  
 certior factus, statim obuios misit, tametsi  
 40. dierum itinere adhuc abessent, viros a-  
 liquot Primarios. Cū itaq; aduenisset, ve-  
 hemēter Imperator ipsis est congratulatus,  
 dumq; in genua se venerationis gratia pro-  
 sternerēt, ille prohibuit, assurgere iussit, at-  
 tenteq; audiuit omnia quæ verbis retulere:  
 lectisq; literis oleum Hierosolymis allatum  
 religiosa veneratione accepit: ipsos verò in  
 tanto honore habuit, ut & in bellis ipsorum  
 consilio usus fuerit: vrbi Zangui, quæ mo-  
 do Sinarum est, D. Marcum praefecerit.

Gentiliū, Saracenorū, imò & Tartarorū  
 ritus,

Cobila  
 in Pauli  
 nos ciuis  
 litas,

ritus, quos cum ratione pugnare iudicabat, sustulit. Cum enim Tartari pauperes spernere, & abominari, & ut Deo exosos, cum ignominia reijcere solerent, ut omni auxilio indignos (quod sibi persuasum habebant donec aliter edocti, subventionem pauperum Deo esse gratissimam didicissent) in egenos a quiores suo exemplo Cobila reddidit: instituit enim certos viros, qui ex officio pauperum ades frequentarent, & largas elemosynas suo nomine erogarent: tantamque fuit hominis liberalitas, ut tantum non pro Deo ab omnibus haberetur. Sanè homo fuit minime barbarus, multisque claris enituit virtutibus, nec aliud ipsi quam probus in Christiana doctrina instructor defuit: quanquam nec hoc Dei benignitate videtur defuisse: scribit enim Haytonius tandem sacro baptismate fuisse initiatum.

Sunt autem eius subditi, & imprimis qui in aula Imperatoris versantur, preclaris exornati virtutibus: gratiosi admodum & ciuiles, leto iucundoque vultu honestissime se mutuo salutantes, polito uterque sermone: & ut paucis dicam, ingenio optimo nati,



nati, & magna morum probitate preediti: parentes egregiè venerantur, quæ in re si quis erret, ac necessitatibus ipsorum nõ occurrat, pœnas luit ijs quibus eiusmodi obseruare ex officio incumbit. Finitimi Sinis sunt, similes & moribus & facie, utpote oculus paruis, & imberbes: multaq; alia de ipsis referuntur, quæ Sinis adeo conueniunt, ut de ijs agi videatur ceriè ipsis nõ in paucis locis imperasse: nam vrbi Xangu, quæ non procul a Cantao Sinarum vrbe mercibus modò florentissima posita videtur, præfuit: spero vtramq; gentem breui Christi suauæ iugum, pulsus procul erroribus, admisuram.

Sed de Cobila plus satis. Eo mortuo successit filius Thamar, anno salutis humanæ 1305. Fuit & hic potentissimus, utpote triu potentissimorũ Regum, præter sibi vicinos alios non paucos Imperator, Chaparis, Hochtai, & Corbanda, qui Cami quoque vocabantur. Chapar enim, qui fortè est Caidu à Marco appellatus, Turchestania præfuit: qui exercitum quadringentorum equitũ millium educebat: huius milites insignis sunt fortitu-

1305.  
Regnum  
Thamar  
7. Imp  
ratoris  
Tartaro  
rum.

fortitudinis, et ex hac regione Turcas ortos esse volunt, de disseg. à se occupata Asia minori Turcia nomen, ut Margiana, Bactriana, & Sogdiana, ab occupate eas Zacathai Zacathaia dicta est.

Hochtai qui ex posteris Baidonis, siue Batti videtur, sexcētis equitū millibus hostes suos inuadere solet. Ad hunc Battum, quod prius dictum oportuit, anno 1212. Innocentius 4. aliquot viros religiosos misit, qui per Croacum & Rusiam iter agentes, ibi etiam equos accepere Tartaricos, quod aquam & pabulum sub niue querere norūt. Battum Pontificis nomine rogarunt, ut ne Christianos molestare pergeret. Ille missis ea de re ad Pontificem literis, recepit se ad annos 5. quieturū: vidētes Regis bene affectū animū, Christi fidē proposuerunt, ut eā summē ad salutem necessariā amplecteretur. Et nō habita certa respōsione, domū redierūt. Interea Saraceni accesserūt Regem, persuaseruntq. Christianos esse homines paganos, imaginū, hoc est, ut ipsi interpretabatur, Idolorū cultores, difficillimamq. legem sequi: se verò & facilem & voluptatibus plenam,

plenam, & unum Deum Creatorem omnium  
adorare: præterea se belli gloria clarere, su-  
perbosq; cogere, humilibus tributa imperare,  
& ad maxima rerum dominia aspirare:  
Christianos verò imbelles esse, & abiectio-  
ris animi, nec similiter armis gloriã quere-  
re. Placuit itaq; ab eo tẽpore Tartaris Mahu-  
metismus, quo iam hæcenus sunt infecti.

Corbãda verò qui interiori siue Maiori  
Asia imperabat, et Ecbatanis regni sedẽ cõ-  
stituerat, trecētis millibus equitũ vii cõsue-  
uit. Hi tres potētissimi Reges interdũ inter  
se confligunt: factus est & hic Saracenus:  
imò & Tamberlanes qui Zagathara post  
imperavit: cuius metropolis Sanmarcãda ad  
Iaxartẽ posita. Ex his, & quã post subijctio-  
nis peregrinatione (in qua dum Christia-  
norũ reliquias quarimus, nõ alias ferè enu-  
merabim⁹ ciuitates, q̃ qua Tartaris subsunt)  
constat quanta fuerit Tartarorum potētia.

Modò verò paucis dicamus quo modo  
contracta sit: tãta imperij moles. Declinare  
cepit, ex quo & Christiani et socij bellorum  
nobis esse desiere. Videtur enim Deus vo-  
luisse ostendere Christianis Asia affulisse  
spem

spem magnam evertendi & Saracenorum  
 & Turcarum imperium, iam penè euer-  
 sum: si modo relictis haresibus & impro-  
 ba vita, se Ecclesie catholice rursus, à  
 qua resecti erant, coniungere voluissent:  
 atq; ideo primorum etiam ducum Tartaro-  
 rum animos ad Christianismum Deus pro-  
 pèdere voluisse videtur: verū erroribus ex-  
 cæcati homines bonū oblatū nec intelligere,  
 nec eo uti voluere. Cū enim haresis ma-  
 lum sit penè immedicabile, & ut cancer  
 qui præter ferrū nullam admittit curationē,  
 seipsum cum mēbro cui inhaeret, perdit: ita  
 & ipsa dum matris suæ sacrosanctæ Eccle-  
 siæ aliquam partem veluti brachiū quod-  
 dam depascit, integrasq; regiones inficit, tā-  
 dem etiam perit, dū plures errores ( ut fieri  
 solet uno inducto ) parit pestilentiores ( de-  
 pascit enim modò Lutherum Calvinus, hūc  
 inuadet alius ) donec tandem in Mahume-  
 tismum, aut etiam paganismum Christo  
 pulso planè desciscat. Hunc enim harescon  
 finem sibi demon statuit, etiam si id non  
 omnibus suis ministris reuelet ab initio,  
 quia id tūc non caperēt. Ita semper factum

Euseb.  
lib. 1. c. 1.  
Orig. To.  
3. in Gen.  
Abdias  
cert. A.  
post.

esse multa docent exempla. Sic enim uni-  
uersa perijt Arabia, quæ Paulum & Simo-  
nē: sic Persia, quæ Thomā, et Iudā: Sic Me-  
dia, Parthia, Hircania, India, quæ Thomā:  
sic Sogdiana, Sacca, quæ Andreā: sic Schy-  
thia, quæ etiā Philippū, habuere Doctores,  
ut ex grauibus haberi potest scriptoribus:  
harum enim Indigenæ penè omnes præter  
paucos qui adhuc supersunt Nestorianos,  
vel ad Idololatriam rediēre, vel Mahume-  
tum colunt. Sic etiā eorū qui in Asia relin-  
qui, & in Africa: omitto quod indies in ple-  
risq; Europa locis intuemur, post semel ad-  
missam hæresim religionē Christianā i bar-  
bariā versam esse. Sacerdotes enim si tamē  
eo nomine digni sunt, probè pasti, gladijs ac-  
cincti, & pugionib<sup>9</sup>, imò non sine bombar-  
darū organis iurgijs seruiētes, mane tēpla  
adeūt, suo munero sacro, si Dīs placet, cum  
proliū grege functuri, adeoq; barbaris mori-  
bus predatedi sunt, ut nihil accedere posse vi-  
deatur ampli<sup>9</sup>: immanes, truces, ebriosi, aua-  
ri, dissoluti, superbi: quid mirū si his Ducib<sup>9</sup>  
Christiana, mansueta & humilis pereat do-  
ctrina: tantum abest ut aut perdurent, aut  
etiā

etiam gentiles, aut Mahumetanos conuertant, & non potius tandem illorum ritus amplectantur, quàm suos defendant. Nec mirum, soli enim Ecclesia Catholica, & potissimū omnium Ecclesiarum capiti Romana Deus reseruauit, ut oues dispersas querat, & ad Christum adducat: & hanc rei veritatem esse omnis historia tam prophana quàm Ecclesiastica clamat. Propriū autē heretico est, quæ hæc acquisiuit, perdere: quæ congregauit dispergere. Cum igitur Tartarorum duces Christo repudiato totos se ad Mahumetismum conuertissent, & cōplures suis exemplis ad perfidiam impulissent: cæpit imperij moles & potentia labascere: Turcarum verò tunc penè attrita paulatim in veterē fortunam redire, quanquā nec posteros Saladini, nec fortes Mamelucos, etiā Armeniorū aliorumq; Christianorū copijs adiuti unquam domare potuerint.

Anno igitur circiter 1280. duæ præcipua cæpere se confirmare familiae, Ottomanorum & Assambeorum. Ottomannus iniuriam tyrannidis fecit, vicinos Turcarum Principes inuadens anno circiter 1300. cuius

Renouatio Turci  
ci impes  
rij.

r ij

filicus

filius. Orchanes dum cum Tartaris confligit, anno millesimo trecentesimo quadragesimo nono interijſſe dicitur.

Successorem habuit Amuretem filium: hunc Baiazetes anno millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, quem Tamerlanus Tartarus post in suam potestatem rededit, secutus est.

Parthi  
Tartaris  
Persiam  
adimūt.  
Assama  
bzi.

Parthi Duce Gempſa homine Turca, qui aliquanto ante Saracenorum iugum expulerat, nouo & libero regno inchoato Persiam anno millesimo, trecentesimo, quinquagesimo pulsus Tartaris subiugarunt: quos quidem Parthos penè solos Romanam potentiam contempſiſſe legimus, & tunc quidem, cum totum terrarum orbem perdomuiſſent. A Gempſa descenderunt Reges Persarum vsque ad Malonchrem.

Vſſum-  
caſanus.

Assambei verò in Capadocia & minore Armenia ex quibus Vſſumcaſanus, qui interfecto Malonchre Partho ex stirpe Gempſa Persicum Regnum vsque ad Baetrianos & Arocoſios est adeptus.

Cæpit etiam circa hæc tempora, Re-  
gulus

gulus quidam Sofus nomine, diuersa à Turcis factionis, suam de religione liberius, quòd Turcarum vires adhuc à Tartaris premerentur, sententiam huic populo proponere. Cùmque suum genus & doctrinam ad Mahumetis generum Halim referret, mirum dictu quantum ipsi populus tribuerit: qui ab eo tempore quo Halo Babilonium Calisam Mustacenum, inter thesauros fame necauerat, summo legis doctore caruerat.

Soso successit Guines filius, qui tantam tamque preclaram sibi in toto Oriente doctrina sanctitatisque opinionem conciliauit, vt Tamerlanes Schyta, Zacathaiia, Illustrissimus Dux ipsum inuiseret. Is Baiazetem Sultanum per legatos rogauit, ne Turcas, sua religionis homines molestaret belloque lacesseret, & dominijs exueret, commendans plurimum Baiazetem, quòd tanto studio tantoq; affectu Christianum nomen deprimeret, ac bellis preclare gestis, opprimere penitus niteretur: munera precibus addidit, quæ cum Turcæ iã victorijs & rerum successu turgido displicerent,

Ortus So  
nanorũ,

Guines.

Tamerla  
nes.  
Tartarus  
Baiazetes.

r iij cuissent,



cuissent, non sine cōiitijs in Tamerlanem  
 legatos dimisit. Tamerlanes irritatus ful-  
 minis instar, magna celeritate in Baiazetus  
 prouincias irruit, ipsum verò in suam po-  
 testatem redactum ferrea cauea aurea ca-  
 thena ligatum inclusit, ac per Asiam passim  
 in triumphum duxit, in qua seruitute etiã  
 1397. perijt anno 1397. Cùm igitur Guinen Ta-  
 merlanes inuiseret, petenti triginta capti-  
 uorum millia dono dedit, quos ille in sua  
 secta probè institutos, filio Sicaidaro tradi-  
 dit, qui ipsorū opera in bello feliciter usus  
 est, & grauitè vbiq; potuit, Christiani-  
 nos afflixit. Huic Assambecus cùm esset  
 obscuro genere ortus, filiam ex Trapezuntis  
 Imperatoris filia natam vxorē dedit: ve-  
 ritus autem Iacobus Becus, qui patri Af-  
 sambeco successerat, Sicaidaris sororij poten-  
 tiã, occultè ipsum necari curauit: qua re ani-  
 maduersus Ismahel filius Sicaidaris, fuga si-  
 bi consulendū putauit. Tandē vbi adoleuis-  
 set, cùm esset magni animi vir, & dissidijs  
 fraternis flagraret Persia, arrepta hac occa-  
 sione, Regnum inuadit, & sectariorū auxi-  
 lio, qui magno numero ad ipsum conflue-  
 bant,

Sicaidar.

Ismael  
Sofus.

bāt, Rocemū, Persarum Regem, et Tartaros qui Rocemi partes sequebantur, aliquot cōmissis prelijs fudit, Tartarosq; multis deinde cladibus affecit, & ipsorū vrbes subiecit, & hoc modo rursus Perside potiti sunt Saraceni, qui secta tantū religione à Turcis, ut à nobis heretici, differunt. Mamaluchi quoq; cum essent in disciplina militari optimè instructi, Tartaros sepè repulere. Originē ū habuere talē. Solebant Califæ Egyptij luxui voluptatibusq; dediti regni negotia nihil curare, sed per Admirātes omnia agere, penes quos erat belli administratio. Saladinus quidā homo obscurus eā adeptus dignitatem, Califam Cayri obrūcat, & sic vtraq; dignitate potitus, detestatus Egyptiorū militū molliē, ad Circasios siue Zigas (populi sunt Christiani circa Meotim alio quā nos ritu vrētes) manu prōptos & robustos, & bello quod cōtinuocū Tartaris gerebāt, assuetos, misit. Ex his quotānis emit selectiores adolescētes nō paucos, quos ad armā probè instruxit, et in Mahumetana perdia Christiana eiurata religione, sedulo instituit. Istorum opera in bello vsus Hierosolyma

Origo  
Mamaluchorum

Mamelu  
corū res  
gnum.

lyma an. 1187. subiungavit, ac Tartaris fortissimè tota ipsi<sup>9</sup> posteritas restitit. Hi anno 1300. extincto iā Saladini genere, cum nec su pisset legitim<sup>9</sup> haeres, Reges ex suo grege elegère, hūc d. i. eps morè seruātes, vt fili<sup>9</sup> patri nō succederet, aliquāue Regia stirpis rō haberetur, sed Regis filij nō aliter atq; serui, qui quotānis aduehebātur, in armis instrueretur, nec aliquis p<sup>9</sup> q̄ ipse meruisset, cōmodi honorisue haberet, verū singulis oīa ex ppria virtute esēt petēda. Serui isti venality, quasi soli nobiles essent, nulla Aegyptios arma habere passi sunt. Hi quāuis Tartaris sem p inuicti obstiterūt, ac militari disciplina longè fuerint superiores, an. 1517. à Solymāno subacti sunt. Et hoc modo in Asia 3. potētes P<sup>9</sup>ncipes euasēre, in Capadocia & locis vicinis, Perside, A<sup>9</sup>gypto q; Tartarorū potentiam ex hisce regionibus exegerunt.

Mosci  
Tartaros  
domāt.

In Occidēte verò, prope Moscouiā cepēre quoq; Tartari Moscorū Regi, vel certis legib<sup>9</sup> subiecti esse, vel fœdere deuinci, et nōnunq̄ ex ipsi<sup>9</sup> iudicio P<sup>9</sup>ncipē sibi p̄fecerūt. Tandē verò Regna Astracan, et Casanū q; ultra Volgā sita sunt, et ad mare Caspiū ptingunt

tingūt, anno 1551. sibi etiā subiecit, et sic nō solū in utraq; Sarmatia dominari desière, verū etiam pars Scythia intra Imaū ipsis adempta est, & Russiæ Imperatori subdita.

Indi quoque plura sibi adempta recepēre, ut & Sina. Atque hoc modo limites tanti imperij non parum contracti sunt.

Modo quibus in locis Marcus Paulus Christianorum Ecclesias inuenerit, paucis dicamus.

Ad Ateotidem igitur Paludem delatus Georgos homines Christianos Tartaris subiectos, Iudæis, & Mauris mixtos anno circiter 1250. inuenit, Græco viuente ritu. In Armenia verò Nestorianos & Iacobitas. Meminit & ipsorum Patriarchæ, q; Abbates et sacerdotes ordinabat, quos ad vniuersa loca, vbi Christiani Ecclesias habebāt, in Babiloniā, Egyptū et Indiā mitteret. Inde in Mediā profectus, Ecbatana (q; Taurus modò dicitur, & olī Regia Medorū fuit) celeberrimā urbē venit, vbi quoq; Christianos, Armenos, Iacobitas, Nestorianos, Georgos, Persas offendit: Saracenos quoq; pessimos, rapinas lege perfida edoctos exercentes

Indi & Sinae sua recuperant.

Peregrinatio.

Varie in Asia maiore Christianorū Ecclesiæ Christiani Georgi. Christiani Armeni. Patriarcha.

Christiani Medii.

Sola fides  
in moriē  
tib<sup>9</sup> Mau-  
ris ad sa-  
lutē exi-  
gitur.

cētes qua liceat astu fraudeq; aliena inuade-  
re, modo sua seēta hominibus parcatur. Si  
contingat istos à Christianis trucidari, mar-  
tyres (si dijs placet) habentur, vocatōque  
sacerdote, sola fides requiritur ad salutem,  
qua illi fatentur Mahumetem verum Dei  
nūcium fuisse, & hoc modo sceleribus latē  
aperitur ianua, quod & nostri nouatores  
optimē norūt. Hac tempestate magnus erat  
Tartarorum numerus, qui Mahumetem  
professi erant, quibus relicto naturali iudicij  
lumine, nihil non quoque more Maurico si-  
bi licere putabant, tanta inest vis malis o-  
pinionibus.

Monaste-  
rium S.  
Barsami  
in Media

Peruenit & ad S. Barsami monasterium  
ubi & Abbas & multi monachi, qui reli-  
gionis, nec non vitandi ocij causa zonas la-  
neas texebant, quas altari in Sancti huius  
memoriam erecto, dum missæ sacrificium  
offertur, & sacra officia peraguntur, positas  
precibus sacrant, amicis ad Colicos dolores  
arcendos donant, ac in precio & veneratio-  
ne etiam apud viros nobiles habentur.

Sonz sa-  
cræ Co-  
lica sa-  
nant.;

Hinc ad fretum Persicum, ubi est insu-  
la Ormutium, longo pergēs itinere solos Ma-  
hume-

humetanos se vidisse meminit Marcus, Persas crudeles, inter quos multificarij degerēt appellās, nec eos vino uti scribit, nisi adeo cocto, ut dulcescens vini nomen amittat, tunc enim lege Mahumeti sibi non prohiberi dicunt.

Vinum  
coctum.

Verum in hac regione alibi etiam Christianos esse litera Indica testantur. Scribit enim P. Antonius Quadrus in Epistola anni 1555. Persas Christianos ad se nunciū destinasse, quo sibi mitti cupiunt aliquos viros religiosos, à quibus in Christiana fide melius instituantur, addentes se Ioanni Evangelistae institutionem Christianā acceptam ferre.

Christia  
ni Persi  
di.

S. Ioānes  
euangeli  
sta in Per  
siae vide  
tur fuisse

Addit in sua epistola Indica Michael Barulus, dicere eosdem se Romana Ecclesia subesse, atque Romano more sacrae caeremoniasq; seruare. Episcopum tamen se ab Armenia Patriarcha accipere debere. Saraceno cuidam parēt, qui templa ipsis permittit, in quibus tremedum altaris sacrificium offerant: Turcas tamē interdum irruere, & templa solo adquare: interdum ut sine molestia sacris operentur, ad montes & inaccessa

Persae Ro  
manae Ec  
clesiae  
subiecti.

cessa Turcis loca confugiendum esse: addit  
in Bassora ad quadraginta Christianorum  
millia habitare.

Insulæ  
Ormutij  
æstus.

Ventus  
adurens  
& suffoca-  
cans.

Cadavera  
assa ad  
ustaq; so-  
le.

A Persia per Carmaniam Ormutiū ve-  
nitur. Memorabile est æstate adeo hinc senti-  
re calores, ut ciuitate relicta certo tēpore in  
continentem ad hortos suos iuxta flumen  
se recipere cogantur. Supra aquam cra-  
tes sternunt ligneas, ac veluti solarium  
componunt, in quod tugurium ex viren-  
tibus folijs, sub cuius umbra delitescant, e-  
rigunt: nec id satis, sed etiam quotidie dum  
ante meridiem à locis arenosis ventus  
quidam adurens spirat, adeo ut impedita  
respiratione suffocet, se usque ad mentum  
aquis mergunt. Carmania Rex volens  
quodam tempore Ormutinos tributa detre-  
tantes, dum his vacant refrigerijs, oppri-  
mere, exercitum misit. Qui delituit in vi-  
cina sylua nocte, mane verò cum ad arena-  
sa loca venisset, totus interijt, adeoq; assa a-  
dustaq; corpora sunt, ut dum cessante ven-  
to, eò venissent Ormutini ad humana ca-  
dauera, ne aërem inficerent, cum ea in  
vicinas fossas traherent, brachia à cor-  
pore

pore auellerentur. Dactylus vescuntur, non pane, quòd is morbum ipsis adferret. Mahumetani sunt ut & Carmani: hi Tartaro parebant.

Qua hinc in Indiam pergunt mercatores plerumq. latrones Tartarorù reliquie grassantur, qui magicis artibus, tantas excitant tenebras, ut cum se mutuo non videant, viatores facile opprimantur: his artibus tum studebant multi usque ad Indiam, nec mirum, cum nulla apud eos tunc Christiana fidei vestigia superessent.

Qua à Carmania ad Septentrionem pergitur, tertio itineris die desertum occurrit, in quo nullum reperitur animantis genus, quòd nihil tellus quo alatur, producat: imò nec aquam quidem habet, nisi quodam loco viridem, de qua vel gutta sumpta decies aluum purgat, etiam iumentorum. Flumen tamen subterraneum quarto die occurrit, quod quibusdam in locis suo fluxu disrupta terra victoribus aquam prabet. Confecto septem dierum per hoc desertum itinere, est Cobina Mahumetanorum ciuitas.

Latrones  
prestigia  
tores.

Carman  
nia?

Stagna  
admiran  
da.

Flumen  
subterra  
neum.

Cobina



Timo-  
chaia.  
Arbor,  
Solis.

Octo alijs. confectis ad septentrionē est  
provincia Timochaia ad Persidis fines, in  
ea est vasta planities, atq; in illa arbor solis,  
quam multi Christiani etiam hac tēpestate  
siccā arborē vocant, de qua multa fabulā-  
tur. Fructum fert similem Castaneæ spinosum,  
sed nucleo cassum, folia habet ex al-  
tera parte viridia, ex altera cādida, lignum  
solidum colore buxæ: prodigiosum id sanē,  
quod sola in hac vasta planitie sit, adeo ut  
ex uno latere decimo, ex altero centesimo  
miliari nulla conspiciatur arbor. Incola  
qui Mahumetani sunt, narrant hic Dari-  
um cum Alexandro signa conferentem oc-  
cubuisse: Regio temperata est.

Hic quoque alibi arx sita fuit Assassinorū,  
qui latronum more quoscunq; vellent, in-  
terficiēbāt, & magnis Christianos cladibus  
afficiebant, cuius secta origo sic traditur.

Aloadinus quidam secta Saracenus  
in Persidis finibus, ut suis persuaderet,  
se illos vite beate participes facere posse,  
qui mādāta sua seruassent, in amenissima  
quadam valle, inter duos altissimos mon-  
tes, hortos pulcherrimos, omni arborū sua-  
ues

nes fructus ferentium, & florum genere ad-  
ornârat, quos undique splendidissimis aedi-  
ficijs incluserat: qua auro alijsq; coloribus de-  
picta, & speciosissima supellectile instructa  
erant, & varijs in partibus lactis, mellis, vi-  
ni, & odoratarum aquarum fontes riuosq;  
habebant: intus erant formosissima puella,  
cantu musicisq; instrumentis, choreis, omni-  
busq; blanditijs eos qui ibi erant oblectan-  
tes: paucus nihil quod ad summam volupta-  
tem desiderari posset, deerat. Locus erat na-  
tura & arte munitissimus. Aloadinus  
persuasit montanis istis hominibus, se Ma-  
humeti socium esse, potestatemq; penes se  
paradisi, ac beata vitæ impertiendam esse.  
Deligebat igitur adolefcētes ad arma aptif-  
simos, et educabat, & quo mādāta sua exe-  
querentur lubentius, aliqua potione altissi-  
mo somno consopitos, in eum locum trans-  
ferebat, ubi excitati, per duos trēsue dies  
omnibus voluptatibus fruebantur: & post  
iterum, eadem potione somno obruti effe-  
rebantur: & sic fiebat ut illi post nulla peri-  
cula, nullos labores, ut eius mandata perfici-  
ere possent, subtersugerent: atq; quoscumq;

f. ille

ille vellet, etiã in remotissimis partibus de-  
gentes, insidijs trucidarent. Horum autem  
ad 60. millia habebat. Instituit & in Syria  
simile quid. Hi milites cadibus & latroci-  
nijs totam Asiam Christianis infestam red-  
debant: sed eos Tartari, intellecta nefaria  
arte, arce capta anno 1202. deleuerunt.  
Suberat enim Castrum Halooni vel Vlau  
Camo.

Via inter  
ortum &  
Boream.

Balaxia.

Bascia.

Totum hoc Persicum latus, quod septi-  
mo itineris die confici potest, præterea qua  
Aquilonem versus in Balaxiã, qua 7. dierũ  
habet iter, venit: & auro gemmisq; Tur-  
cicis abundat: Mahumetani sunt omnes.

Sequitur Bascia provincia, ad quam 10.  
confecto dierum itinere venit: Indigenæ  
Idololatre sunt, magicis artibus maxime  
dediti, perfidi, crudeles, colore fusci: gemas,  
aurumque ex auriculis affabre elaboratum  
pendunt, Idiomate proprio, ut & Balaxia-  
ni vtuntur.

Chesmur  
caput Ido-  
lolatriæ  
& magicæ

Ad ortum equitando diebus 7. Che-  
smur provincia, caput & fons omnis Ido-  
lolatriæ huius orbis occurrit. Hinc enim ad  
alios manat, & summi nefandæ artis ma-  
gicæ

gica magistri prodeunt, qui Idola ad colloquia cogunt. Regio natura adeo munita est, ut à nullius potentia sibi metuant. Habent et Eremitas, qui summè, ne sua Idola offendant, peccata vitant, parcissimè victitant, & maximis ieiunijs se affligunt, diutissimè tamen viuunt. Ob religiosam quam ducere videntur vitam, populus maximè ipsos veneratur. Multa sunt horum monasteria. Gens ista nullū animal non solum nō occidit, sed nec vulnerat, leditue: si opus sit carne vesci, Saracenorū opera in animantibus mactandis vtuntur. Colore sunt fusco magis q̄ nigro. Corallum in summo habent precio.

Lōga ieiunantiū  
vita,

Verūm ne in Indiā tendamus à Balaxia in Cataiam inter Orientē & Boream pergamus, notemusq̄ gentium ad dexterā & sinistram occurrentium religionem.

Pergit in  
ter Ortū  
& Boreā

A Balaxia in Vochiam tridui itinere pergitur, vbi Incole probi admodum sunt, sed Mahumetani. Tres hīc integros dies semper in altissima loca ascendendum est, adeo vt nihil in orbe putetur sublimius, deinde ad plana quedam venit loca, vbi verueces sunt incredibilis magni-

Vochia.

[ 9 ] tudinis.

Pamer.

itudinis cornua sex palmarū habētes, ex quibus pastores scutellas et vasa ad cibos excipiēdos, imò & sepes conficiūt. Occurrūt deinde plani vastiq; campi Pamer nuncupati, omni habitatore vacui, adeo ut ne auis quidē ob loci altitudinem vsquam compareat. Ferunt hīc frigus adeo asperum esse & vehemens, ut ignis vigorem penē opprimat, & splendorem immutet. Dein aliud 40. dierum desertum per montes & colles, ubi nihil, ne herba quidem nascitur, succedit: plaga hęc Beloro dicitur, & habitatore caret: nisi quōd in summitate altissimorum montium syluestres & ferī Idololatra degant, qui ex venatione viuunt, & ferarum pellibus vestiūtur. Pergendo versus eandem cęli plagā, est ciuitas Cascar: Tartaro subdita: ciues sunt Mahumetani & Nestoriani, qui hīc aliquot tēpla habent: prouincia hęc 10. dierum itinere transitur.

Cascar.

Sammar  
chanda.

Sequitur Sammarchanda nobilis ciuitas: Christianos & Saracenos habet. Narrant hīc ante aliquot annos tale accidisse miraculum. Cū Zagathai germanus frater Imperatoris Tartarorum, Christi sacris esset

esset initiatus, Christianos præ lætitiâ ad S. Ioannis Baptistæ memoriâ templum extruxisse tali artificio, ut cum esset rotundum, vniuersum tectum vna columna in medio fulciretur, quæ petra quadrata, è Saracenorum edificio sublata, veluti basi, magni pretij niteretur. Cum mortuo Zagathario successisset filius impius, qui Christum non coleret, ab eo Saraceni cupientes templum Christianorum destrui, basim illam columna repetunt & obtinent. Christiani templum Deo & S. Ioanni per dies 20. summis precibus & lacrymis magna humilitate, nec frustra commendat: eo enim die quo petra restitui debuit, columna supra eam ita eleuata conspicitur, ut sine edificiij ruina tolli potuerit. Et etiam iam tunc cum Marcus Venetus hic esset, sic eleuata, & nulli innitens rei visibatur.

Miraculum.

Hinc quinto die Carcham venit: Mahumetanos & Christianos habet. Inde Cottam, quæ octidui abest, & producit vineas Pein, ut & Pein prouincia, quæ 5. dierum spacio transitur. Incola Mahumetani sunt, hanc impuram consuetudinem seruantes: si 20. diebus abest alter coniugum (ut fit dum peregre

Carchas  
Christiane.  
Cotta.

f ij itur)

Magna  
Turcia.

itur licet uxori alteri nubere, & viro aliā ducere. Prouincia ista, Cascar, Cotta, Peyn vsque Lop sub magna Turcia continentur, ut et Ciarcian: Mahumetani hi sunt, sicuti & Lopēsēs, q̄ ab ea s. dierū itinere absunt.

Lop ciui-  
tas.

A ciuitate Lop venit ad arenosum desertum & sterile, in quo tamen aqua singulis diebus certis in locis inuenitur, quantum centum hominibus, & ipsorum iumentis sufficiat: cibi verò penitus nihil, quamobrem non solum mercibus, sed etiam commeatu plurimos asinos, potissimum tamen camelos, quod paucissimi sint cibi, onerāt, ut cū non sufficit commeatus, ipsa iumenta absumant. Desertū hoc nec aues, nec alia animātia alit, quia nihil hīc qđ edāt. prouenit.

Demos  
nū prae-  
stigia.

Mira hoc loci viatoribus assenerāt euenire demonū illusionib. Cū enim qs à societate aut aberrauerit, aut remotius absuerit, amici aut noti alicuius de societate vocem illi effingunt, proprioq̄, cōpellant nomine, & hoc mō ignaros in denia & praecipitia ducunt: quin & totū sodalitiū interdū fallunt, dū strepitū de nocte multorū simul ambulantiū exprimūt, et ea ratione, procul extra viā abdu-

abducūt. De die quoq; hæc spectra apparēt,  
speciē figurāq; sociorū mentientia, ut fallāt.  
Interdū armorū strepitū excitant, tympana  
& musices instrumenta sonāt, exercitusq;  
species apparēt, quib. viatorū agmē terrore  
perculsum diffugere ad deuia cōpellunt. His  
demonū ludificationib<sup>9</sup> subdūtur isti, q; Chri  
sto relicto Mahumetū haresesq; sequuntur.

Similia fieri in quibusdam hæresi planē  
infectis locis recepti, ut qui fidei lumē refu  
giunt, tenebras & terriculamēta incurrant,  
omnemq; barbariem & morū improbitatē.  
Hi enim sunt digni perfidia fructus.

Ab hoc deserto cui peragrando 30. dies  
insumuntur se offert prouincia Tanguth, &  
vrbs Sanchiō, in qua inter idololatrias, Tur  
cas, & Saracenos nonnulli adhuc supersunt  
Christiani Nestoriani. Idololatra proprio v  
tuntur idiomate. Multa habēt monasteria  
in quibus sua Idola summē venerantur.

Inter cætera nato filio veruecē sagināt,  
quem euoluto anno ipso natalis die recur  
rente immolant, coquunt, coctū dejs appo  
nunt: multis interea pro filij salute, quem  
Idolo committūt, orantes donec Idolum, ut

Tangu  
thia pro  
uincia.

Varia &  
lepidæ  
Idolola  
trarum  
superstis  
tiones.



opinantur, omnem succū carniū hauserit: dein domum asportant, & religiosè reuerētēque & latè cum amicis epulati, ossa pulchris vasis recondunt. Sacerdotibus Idolorum cedit caput, pellis, pedes, viscera, & nonnihil carniū.

**Astrologi.**

Cū vir honoratior moritur, Astrologos vocant, ut cognito die Natiuitatis, iudicent quando, & qua ediū parte cadauer debeat sub propitio planeta aspectu efferi, & cremari. Ad mensē interdū cū faustum diem prestolantur, cadauer aromatibus conditum, impositumq; arce ex densis tabulis confecta, & sericis pannis repleta, rimisq; probè obturatis, ne fetor quēquam offēdat, asseruant. Indies tamen domi mēsam sternūt, vinum cibumq; apponūt tāto tēpore, quātū cibus qui apponūtur, absumēdis sat esse solet, ut spiritus defuncti, quē adesse putant, ciborū midore satietur. Interdū iubent Astrologi cadauer efferi per posticū, aut etiam effractum murum, pro stellarum felici aut infelici oppositione, ad ianuas, aut eum quem effringunt murum, persuadentes nisi id fiat, animam defuncti adibus dā-

**Animis  
cibus ap-  
ponitur.**

num aliquod illaturam: & si quid forte mali accidat alicui domestico, dicunt cadauer non fuisse elatum oportuno tempore, aut per eam domus partem qua debuit. Dum effertur, domuncula quadam in via extruuntur, nō sine cibo & potu: ubi cadauer quiescit, donec anima cibo illis ut somniat, reficiatur. & tantū virium sumat, quantiū satis sit ad ferendā cadaueris sui exustionem. In charta, qua ex arborū corticib<sup>9</sup> fit, depingūt viros, fœminas, equos, camelos, nummos, vestes, & similia, quibus opus esse in alia vita putant, quam simul cum cadauere exurunt, existimantes omnia illic præsto fore qua depinxere. Dū hæc fiunt, adsunt qui varia pulsant Musicorum instrumenta.

Sequitur Chamul prouincia, & ciuitas multorum oppidorum caput, Incolas Idololatrias habet, qui natura faciles sunt, & humani adeo, hospitalesq̄, ut non solum peregrinis ades cedant, sed & uxores & filias, ipsi rus interea se recipientes, vnde omnia necessaria hospiti mittant, monentq̄ dum abeunt, ut humanissimè hospitem tractet: nec domum reuertitur, donec ille abierit.

Chamul  
Prouincia.

Cum

Cum ignominiosum hoc probrosumq; malum Camus edicto publico sustulisset, forte eo anno terra non tam copiose fructus produxit. Illi inhospitalitatis penam ab iratis Dijs immissam id interpretabantur, quorū gratia in peregrinos fuissent adeo liberales. Itaque multis precibus apud Camum contenderunt, ut ea consuetudo reuocaretur, ne irati Dijs, ob inhumanitatem in se grauius animaduernerent in posterum. Quibus Camus: Si tanta (inquit) infamia gaudetis, fruimini. Illi leti ad summam illam humanitatem rediēre.

Succuir  
Prouin-  
cia.

Confecto 10. dierū itinere offert se Prouincia Succuir: Idololatre sunt & hic, nonnulli tamen Christiani, estq; magna Prouincia Tangukia, ut & Chamul.

Campi.

Metropolis Tanguih est Campion, in qua Christiani tria pulcherrima habent tēpla. Idololatre verò magnū monasteriorū Idolis dedicatorū numerū, in quib. multa Idola lignea & lapidea affabrè facta, & auro obducta visuntur, quaedam etiā 10. passuum altitudinis, quibus circūstant multi parui Dijs & veluti discipuli. Religiosi Idololatre

lolatra, quia castitatē seruant, & ab inhonestis quibusdam abstinent, in precio sunt.

Putant indigenæ nō esse peccatū, si quis cū muliere id ex amore petenti cōsuescat: peccatum tamen esse, si vir id primò proponat. Vxores ducūt 30. Prima tamē cateris maior habetur: repudiant eas quæ non bene se gerunt: à nullis dotē recipiunt, sed dant ipsi armenta quedā, & seruos, eò quòd quæstuosæ, non ociosæ sint vxores. Singulis mē sibus ter aut quater à carne & sanguine ex religione abstinent. Degūt hīc quoq; Saraceni.

Si dierum 12. itinere pergās, occurrit ad Septentrionē Ezina: Idololatra sunt et hīc.

Ezina.

Modo relicta via qua Boreā inter & Ortum itum est, Septentrionē petamus. Confecto 40. dierū deserto, se offert Corchoran ciuitas, quæ suo ambitu tria miliaria cōplectitur, vallo, quia lapidibus carent, circumdata: habet & magnam arcem, in qua Præfectus habitat. Hoc loci, antequam ad bella animum adiecerant, Tartari degebant, quòd plurima hīc essent pascua & vasti campi. Hinc egressi Vncamum subiugarunt.

Septentrionem petit.  
Corchoran.

Relicto

Bargu.

Mecriti.

Relicto Carchorā & monte Altay Septentrionem versus occurrit vasta planities Bargu, per quam 50. vel 40. dierū spacio itur ad Oceanum, multa habet loca paludosa, & lacus. Populi Mecriti dicuntur, mores Tartarorum quibus subsunt, observant, Sylvestres sunt, carne victitant cuiusdam animatis similis ceruo, quo etiam vehuntur. Vescuntur & anium quodā genere, quod euulsis plumis, ut noua renascantur, aestate circa aquas istas & paludes versatur. Hinc fit ut plurima capiantur. Frumento & vino carent, hyeme verò ob frigoris asperitatem nec aues, nec alia animalia hic reperiuntur. Ad mare mons est, in quo Falcones & alia similes aues: nemo tamen hominum degit. Est & insula in mari, in qua Falcones & Accipitres, aliæq; rapaces aues versantur, tantumque hæc insula ad Septentrionem accedit, ut stella polaris nonnihil ad meridiem illis vergere videatur.

Iter ad  
Ortū in  
stituit.

Modò reuertamur Campionem, & Cami Regiam visitemus. Rursum 5. dierum spacio ad ortum iter incidit varijs demonū spectris

spectris infestum, quorū voces audiuntur  
terribiles: dein in urbē & regnū Erginul,  
quod sub Tangutia est, ingredimur, ubi Ido-  
lolatra sunt, Turca & Nestoriani nonnulli.

Christia-  
ni Tangu-  
tiani.

Si Austrum inter & Ortum vergas, of-  
fert se Singui urbs & Prouincia, quae 25.  
dierum itinere peragrari potest: multa ha-  
bet oppida, estq; via in Cataiam: Idololatra  
haec loca habitant, Mahumetani & Chri-  
stiani. Hic animal quoddam pulchrū inue-  
nitur, quo & vescuntur, vnde muscus ille  
suauissimus habetur. Est magnitudinis ca-  
pra, pilis ceruinis, crassioribus tamē predi-  
tum, cornibus caret, pedes caudamq; felis  
habet, dentes infra supraq; duos lōgos admo-  
dum. Huic circa umbelicum, dum luna est  
plena, tumor oritur, abscessusq; sanguineus,  
qui cum pelle abscissus, & in sole siccatus,  
muscus est. Habēt et boues syluestres, quorū  
pili sunt subtiliores abisso: viri sunt imber-  
bes adeo ut in mēto vix 4. pilos cōspicias:  
Idololatra sunt, & multas ducunt uxores.

Singui.

Muscus  
doriferus

Tertio hinc itineris die est Egrigaiia pro-  
uincia, cuius metropolis Calatia, Incola  
Idololatra sunt, aliquot etiā visuntur Chri-

Egrigaiia  
prouincia  
Calatia  
Metrop-  
pol.

stiano-

Tenduc  
Prouincia  
tota penè  
Christiana.  
Præteiana  
regia.

stianorum Nestorianorum templa.

Si ortum versus dirigas iter, Tenduc occurrit. Prouincia hæc multa habet oppida, Metropolis eiusdè nominis Tenduc Regia est Præteianis: Indigenarū maior pars cū suo Rege Christū colit. Hic imperabat Vmcamus, quem Gingis primus Tartarorū Imperator in suam potestatem redegit: & qui anno circiter 1290. partem domini Vmcam sub Cobila regebat, de Vmcam stirpe quartus erat: Rex & sacerdos Georgius dictus. Quāuis autem minor multo sit Præteianis potestas, & sit ipse Camo subditus, tamē hanc Regiā familiā Tartarorū Imperatores in tanto semper habuere honore, ut ijs qui de Vmcam stirpe sunt, filias suas tradāt uxores. Quāuis aut huius Prouinciae Rex Præteianus sit Christianus, totiq; populo dominetur, multi tamē in ea degūt & Mahumetani & Idololatre: vnde patet rursus tam horū Christianorū, quàm Regum aut negligentia, aut in cōuertendis gentilibus impotentia, qui ipsos quibus tot imperarunt seculis, ad Christū adducere non potuerint, id est quod dico, erroribus inuolutis

luti Deū nō impartiri eā gratiā quā veris  
Ecclesiæ Catholica mēbris. Hic igitur Pra-  
teianes Tartaris circūfusus regionib⁹ & re-  
gnis imperabat, & iā vsq; successere legiti-  
mi heredes, estq; hic Georgius inter ipsos  
Principū maximus. Sunt porro due regio-  
nes, in quibus post regnavit Vng & Mon-  
gul, nos Gog & Mogog appellamus. In Vng  
degunt populi Gog, in Mongul Tartari.

Quib⁹ im-  
perat  
Pratoia-  
nes.  
Vng.  
Mongul.  
Gog &  
Mogog.

Ortū versus qua itur in Cataiā, multa  
sunt vrbes & oppida in quibus degūt Ido-  
lolatra. Mahometani & Christiani Nesto-  
riani. Est inter ceteras ciuitates Sindicin,  
in qua multa mechanica artes vigent, oē  
gen⁹ armorū conficitur, & quicquid in ex-  
ercitu requiri possit. Canganor tridui  
itinere peruenitur. Inde alio tridui, q; sem-  
per equis confici intelligo, Xandu ortū ver-  
sus & Boreā: hāc Cobila extruxit, adifica-  
uitq; in ea sumptuosissimū palatiū ex mar-  
more aliisq; lapidib⁹ summo artificio elabo-  
ratū, huic murū adiecit qui ambitu suo sex-  
decim miliaria complectitur, in quo sunt  
amenissimi campi, fontes & flumina, &  
omne gen⁹ animalū & ferarum, falcones,  
acci-

Sindicinā

Cianganor.

Xandua



accipitresq; hic plurimos alit, & leopardos ad feras capiendas expeditissimos. Est hic & amœnissima sylua, in eaq; domus, qua e-  
 legatibus columnis inauratis innititur, cuiq; columna draco assculptus adfixusq; est, qui caudæ voluminibus & spiris columnas amplectitur, capite verò laquearia, quibus tabulatū innititur fulcit, alas utring; ad extremum contignationis extendens. Huius loci aër est saluberrimus, quare statis temporibus huc se recipiunt Cami.

**Taidu.** Edificauit & aliam urbem Cobila è regione Cambalu ultra armenem, quadratam totam, quæ Taidu dicitur, & suo ambitu 24. miliaria amplectitur, maior tamen ea est urbs Cambalu.

**Pulifanga flumē.** Decimo à Cambalu miliari est flumen nobile Pulifanga, quod longo tramite in Oceanum se exonerat. Pōtem habet pulcherrimum, 25. fornicibus confectum, longum 300. passibus, latum 8. adeo ut deni equites commode ipsum transcant. Vtrinq; insignes assurgunt columna, inter se passu cum medio distant: in summo cuiusq; columna leo, res sanè visu pulcherrima: In extremo verò pontis

pontis assurgunt duæ maxima columnæ, simul pluteis intermedijs connexæ, atq; in earum summo & ad bases marmorei leones: qui ad bases, ingentis sunt molis.

Hinc abest versus Occidentem 30. miliaribus Gonza, vrbs multis idolorũ monasterijs clara. Si ulterius pergas, fines Cataia ingrederis: si verò eam cœli partẽ, quæ inter Ortum & Meridiẽ ducit, Mangi Provin-  
cia occurrit. Sed modò ad Occidentem nõ-  
nihil iter corripiamus, si quod fortè religio-  
nis Christianæ vestigium occurrat.

Gonza  
vrbs.

Mangi:  
Verlus  
Occiden-  
tem nõ-  
do pers-  
git.

Gonza igitur relicta, 10. die offert se Regaum & vrbs maxima Tainfu, mercibus artificibusq; varijs & armis bellicis clara: quæ & vites habet, unde vinũ conficitur.

Tainfu  
Regnũ.

Hinc alia maxima ciuitas Pianfu septem dierũ equitatione abest: in via multa sunt ciuitates & oppida, quæ mercimonijs maximè florèt: serici hĩc ingens copia. Nec procul abest Thargin castrum munitissimum, insigni veterum Regum palatio exornatum: in quo Regum famosorum, qui in his locis olim regnãrunt, eleganter depictæ cernuntur imagines: inter quas erat

Pianfu:

Thargin  
castrum.

Regis

Regis Dori, qui loco munito confisus Vm-  
camo sine Prateianni olim rebellauerat:  
quem in potestatem suam redactū Vmca-  
mus suis armentis vili indutum habitu,  
non sine custodibus, ne aufugeret, biennio  
præfecit, volēs hoc modo superbū animi  
morbū curare. Dein ad se adductū, post gra-  
uē reprehensionē, Regalibus indutū vestib<sup>o</sup>  
ad sua remisit, qui deinde submisit se gessit.

Caramo  
ram am-  
nis vastis-  
sima.

Vigesimo ab hoc castro miliari est in-  
signis amnis Caramoran, largus adeo &  
profundus, ut nullum admittat pontem.

Zinzib-  
ber,

Non procul ab huius ripis Zinziber pas-  
sim nascitur, item arundines sesquipeda-  
lis crassitudinis.

Caciam-  
su.

Vltra hoc flumen biduo abest Caciamsu,  
Idololatrias habet, hinc copiosè galanga spica,  
& alia nascuntur aromata. Prædicta loca  
omnia mercibus & diuitijs abundant.

Quenzā  
su.

Dum septem alijs diebus pergitur per  
multas ciuitates & oppida, in quibus Tur-  
ca, Saraceni, & Christiani & Nestoria-  
ni degunt, est Quenzamsu olim multus  
claris Regibus nobilis ciuitas: sunt & hic  
Christiani.

Octiduo

Octiduo abest Achbaluch, Idololatra sunt & hic. Inde 20. die venit ad magnā urbē Sindinsu, cuius ambitus 20. absoluitur miliaribus, in finibus Mangi posita, multis abundat annibus, quorum vnus eam circumfluit, aliqui medio miliari patent. Insigni hic artificio & magnitudine potes visuntur, utrinque egregia ex marmore asurgunt columna, quæ tecta pontium fulciunt, in pontibus aduersæ ex utroque latere mercatorum officinæ constructæ sunt. Flumina hæc extra urbem coniuncta amnem vastissimum Quian appellatum conficiunt. Indigenæ Idololatra sunt.

Achba  
luch.  
Sindinsu

Quian  
annis.

Thebeth

Quinto hinc die magnæ Prouinciæ Thebeth limites se offerunt: gens hæc adeo demens est, ut turpe putent ducere virginem, Dysq̄. ingratum. Mercatoribus igitur, qui hac iter faciunt, violandas offerunt. Crudelissimi sunt, Idololatra & perfidi: hos cum sibi subijcerent Camus grauius afflixit. Corallo moneta loco vtuntur.

Sequitur Prouicia Caidu, sunt & hi Idololatra, nihil præcedētib⁹ castiores, ut q̄d mo relicta, uxores tradāt hospitibus, signo

t y etiam

etiam ianua id indicante appenso: quo non ablato, mariti domum non remeant. His impudicitijs Deos sibi demereri putant, foreq; propitios, & frugum copiam largituros. Gariophili hęc nascuntur, arboris id genus est paruum lauro nõ dissimile, floribus albis & paruis, quales gariophilus exprimit. Proueniunt & alia aromata.

Gariophi  
li Arbus  
tum.

Amnis  
Brius au-  
rifer.  
Caraiian,  
Iaci Reg-  
num &  
vrbs,

Caraza-  
ni.

Si iter 15. dierum adijcias, ad sinem prouincia ueniēti, amnis Brius aurifer occurrit, qui hanc à prouincia Caraiian septem habente regna diuidit: cuius incola Idololatre sunt, ut & Iaci, ad quos septimo die peruenitur: habet tamen & Christianos Nestorianos & Turcas, & Saracenos. Nec hęc reputatur iniuria alterius abuti con-  
inge. His dementiores sunt Carazani Idololatre, ad quos 10. alijs diebus peruenitur: hi enim viros præstantes forma, elegantioribusq; moribus & alijs natura donis pluribus præditos, hospitio exceptos, etiã si nobiles fuerint, occidere solebant, existimantes hoc modo omnia felicius domi successura, si præstantium virorum anime in adibus suis remanerent. Ferum hoc facinus, ut & Sara-

Saracenorum quadam graui indicta pœna  
Cobila prohibuit.

Cordane  
dan pro  
uincia.

Sequitur Prouincia Cordandan, quæ s.  
abest dierum itinere, Metropolis Vocia.  
Indigenæ, auri lamina dentes tegunt.

Moneta est ipsis aurum certo pondere,  
quo adeo abundant, ut unam auri un-  
ciam cum quinque argenti, quo carent,  
libenter commutent. Potum ex oriza &  
aromatibus optimum conficiunt. Idolis &  
templis carent. Senioreni domus, quia ab  
eo orti sunt, & quicquid habent boni, ei-  
dem acceptum ferunt, adorant. Gens est  
sine literis & libris, syluestris planè, quòd  
cum exteris nulla commercia exerceat.

Cum egrotant, Magis medicorum loco  
tam hi quàm Iacenses & Canduenses, uti  
consueuerunt. Magi cum vocantur, Mu-  
sicos adducunt, qui varijs instrumentis so-  
nent, tripudient, & canant quadam ad ho-  
norem Idolorum, donec demon aliquem  
istorum corripiat. Tunc cessantibus omni-  
bus querit Magus ab arreptio causam  
morbi, & quid sit adhibendum remediij.  
Respondet demon, offendisse talem deum,

Magica  
curandæ  
ratio.

nomine ipsius expresso . Orat igitur Deum illum Magus, ut placari velit: Egrū enim de proprio sanguine oblaturum sacrificium. Si demon putet non superesse spem salutis, ait Deum aded̄ offensum, ut nullis possit in gratiam redire sacrificijs: cum vero spes est vite, exigit certa veruecum sacrificia, nigris capitibus præditorum, præterea conuenire debere Magos cum suis vxoribus, ut proprijs manibus sacrificia hæc imolent. Parentes aegroti in omnibus quæ imperantur, religiosè obtemperantes, verueces mactant, sanguinem in cælum iaciunt. Magi verò cum suis vxoribus faces accendunt, totam domum suffiunt, aloës ligno, iure carniū victima, domum aspergunt, ut & potu ex aromatibus confecto, idq̄, ridendo, cantando, trepudiando ad illius Idoli cui celebritas hæc instituta est, honorem. Dein arreptitium interrogant, an Deo satisfactum sit. Si aiat, mensa accumbentes de victimis lati epulantur, & libaminibus potant. Si sanatur ager, Idolo ascribunt: si moritur, dicunt in sacrificio commissum esse errorem aliquem, quòd pri-

Sacrificia.

modò aliquis de sacrificio, antequam ablatū  
esset, gustārit. Sacrificia hac cum suis cere-  
monijs in morbis ditiorum repetuntur sa-  
pius, et in Cataia et Mangi Prouincijs, quia  
medicis destituuntur, sunt admodū vsitata.

Modò meridiem versus instituamus  
iter, & Indos aliqua ex parte inuisamus: Pergit  
ad merie-  
diem  
nam & regum Mien & Bengala magnus  
Camus anno circiter 1273. suo quoque ad-  
secit imperio.

Distat Mien à Cardandā itinere dierū  
quindecim. Nobilis est ciuitas, sed incola  
Idololatra sunt, ut & Bengalani. Rex Mie-  
na potens adeo fuit, ut moriens monumē-  
tum eiusmodi sibi parari iusserit. Sepulchrū  
partim argenteis, partim aureis laminis Sepul-  
chrū au-  
ro gemo-  
misq; cō-  
spicuum.  
obduci voluit: ad caput Pira mis assurge-  
bat marmorea, 70. pedes alta, crassa verò a-  
quabiliter: in cuius summo sphaera, laminis  
aureis, crassitudinis vnus digiti tota te-  
gebatur, ita ut prater aurum nihil conspi-  
ceretur. Sphaera abundabat nolulis aureis,  
qua flante vento tinniebant. Similis alte-  
ra ad pedes argenteis laminis velata erat  
posita, res sanè spectatu dignissima.



Cum Tartarorum ( qui graue sacrilegium putant, si sepulchra violentur, aut mortuis aliquid indignè irrogetur ) exercitus huc uenisset, res hac ad Camum defertur: qui quòd Rex monumentum hoc ad eternam sui memoriam fieri uoluisset, violari non permisit.

**Bengala.**

Bengala India intra Gangem consinis est, regnum est potens, insignes habet Magos, & Idololatriæ siue incantationum scholas, quibus operam dant omnes nobiles ex veteri consuetudine: triginta dierum spacio tota pertransiri potest.

**Brachmanes.**

Similiter si in Indiam penetres magis, non desunt Brachmanes Idolorum sacerdotes, qui omne genus animalium incantationibus cogunt ad lubitum: ingentes pisces ne piscatores perdant, stupidos reddunt, nocte tamè liberant, ne furibus surripiedi quid occasio detur, q sibi à piscibus metuunt.

**Gani.**

Est in Malauar genus quoddam hominum, Ganos uocant, qui boues occidere non audent: si tamen mortuos inueniant, libèter eorum uescuntur carne: stercorebùsque eorundem ades suas tunc obliniunt.

Terra

Terra tapetis strata insident, honorandi eam ex qua orti sunt, & in quam resoluuntur, ut aiunt gratia, nec satis eam honorari posse asserunt, quæ nos producit, tantaq; ad usum nostrum necessaria. Hi originem ab ijs qui S. Thomam occiderunt, ducere dicuntur: nec fieri posse, ait Marcus, ut eorum quispiam, etiam si à 10. viris trabatur, in templū huius civitatis, quæ parva est, ubi S. Christiani & Saraceni devotionis causa, sancti opẽ implorãtes: auferunt secū pulverem loci qui rubricat, ubi fuit martyrio affectus: quem agrotis cum aqua propinant, ad varios morbos pellendos.

Anno 1288. Princeps quidam, cum non sufficerent horrea, orizæ quam messis copiosa attulerat, recipiendæ iussit eam in Xenodochium templi, in qua peregrini, qui sanctum locum visitabant, recipi solebant, inferri. Rogatus ne id faceret, audire noluit. Apparuit homini in somnis D. Thomas, iaculum gutturi adigit, dicens: Nisi Xenodochium euacues, & veteri usui restituas, peribis. Princeps totus perterritus

Terræ  
venerag  
tio.

S. Thomæ  
sepul  
chrum.

non

non solum imperata facit, verum etiam publice omnibus qua acciderant, narrat. Hac & multa alia tunc facta esse miracula huius sancti intercessione, Marcus Venetus asseuerat.

S. Thos  
mz pere  
grinatio.

Niceph.  
l. 2. c. 40.

Quoniam verò huius sancti memini, gratum fore puto, R. P. T. paucis consideranda proponere, quisnam Apostolorum aut discipulorum Domini hic populis Euangelij doctrinam proposuerit. Videor mihi non falli, si D. Thomae id magna ex parte ascribam. Is enim in Æthiopiã delatus, Abessinios docuisse legitur. Inde in Zocotoran insulam ad Æthiopiæ Promontorium, quod modo Guardasumi nominat, non adeo procul à freto maris rubri positum traiecit, ubi & templum in ipsius memoriam extructum etiam hodie visitur: & insulani narant suos maiores doctrinam fidei ab hoc sancto Apostolo accepisse: ut latè in epistola sua anni 1555. P. Gonsalus Rodoricus, qui in Zocotora fuit, scribit. Hinc recta in Persidem nauigasse videtur: inde in vicinam Mediam & Parthiam: hinc in Hyrcaniam: quibus in locis omnibus ipsum

sum verbum Dei proposuisse, graues auctores, Origenes Tom. 3. explicat. in Genes. & Euseb. Eccles. histor. lib. 3. cap. 1. Nicep. lib. 2. cap. 40. testantur.

Deinde ad Hyrcaniam, Bactrianos, & Sacos in Indiam penetrasse affirmant Hieron. in epistol. ad Marcell. Metraphrast. in vita Thom. Isidor. de Patrib. noui testam. Item Abdias. peruenisseq; vsq; in Schytiam extra Imaum positam, & Cataian, & regnum Mangia vsque ad Oceanum peruagasse, & ad urbium maximam extremãq; Quinsaian pertigisse: nam & ibi Christianos Nestorianos inuenit Marcus Paulus. Nec his contentus fuisse videtur S. Apostolus, verum in Iapaniã insulam, que ferè ex aduerso est, vbi multa Christianorum vestigia, & si nihil religionis vsq; ad nostra tempora perdurasse, ex Pauli Sãsidij Iapaniæ descriptione, & literis Indicis et Iapanicis colligere licet. Certè Marcus Paulus (qui Insulam vocat Ziapangu, modò Ziapã aut Giapan, & quod latina facie dicimus Iapania) ait Christianos à Ziapanibus, quando cum ipsis disputabant, rogasse cur tam diuersas  
forma.

Viterb.  
Chron.  
part. 14.

formarent Deorum imagines et monstrosas formas. Audiuere ergo hoc teste olim aliquid de Christo, nec potuere non aliquando ad ipsos traiecisse sacerdotes Christiani, qui Quinsai & in prouincia Tenduc sub Præteranne agebant, si forte S. Thomam nolis.

S. Thomas in America fuisse videtur.

Procedam ulterius, & dicam Sanctum hunc qui Æthiopes primo adeo refugisse legitur, etiã in Americã traiecisse, ut ex epistola P. Emanuelis Nobrege ex Brasilia anno 1552. missa colligere licet. Norunt enim quoddam Zoma (ita S. Thomam appellasse videntur indigena) referre miraculum. Et ne cui adeo noua referre videar, quasi America nostro orbi nunquam cognita fuisset, Plato certè hic fuisse terram, ut & Ægyptij sacerdotes, qui antiquitatem erant diligentes inuestigatores, hic fuisse terram in principio sui Timæi docet, & Athlantidem eam vocat. Adhac tempore Senecæ, annis fortè ab hinc 1500. mare Athlanticum frequentatum fuisse nauibus videtur: ac tunc studium quoque fuisse hominibus nouas regiones querere: scribit enim hoc modo Seneca:

Venient

Venient annis

Secula feris, quibus Oceanus  
Vincula rerum laxet, & ingens  
Pateat tellus, Typhisque novos  
Detegat orbes,  
Nec sit terris vltima Thyle.

*Nisi forte presagium fuisse Poëta velis, quale & illud Sybillæ carmen, quod de Indis anno 1505. in calce Lunæ promontoriij (Rochan de Sinna vulgò appellant) ad lit-tus Oceani pile siue quadrata columna, regnante magno Lusitanorũ Rege Emanue-le, sub terra inuenta erutaq; Romanis lite-ris insculptum est.*

Promon-  
torium  
lunæ.

Voluentur saxa literis & ordine rectis  
Cum videas Occidens, Oriëtis opes.  
Gæges, Indus, Tagus, erit mirabile visus,  
Merces cõmutabit suas vterq; sibi.

Sibil. vaa-  
ticin. Oc-  
cidijs de-  
cretum.

*Huc accedit quod scribit Marinus Siculus lib. 19. historia Hispanorum, olim Romanos Athlantidẽ hanc siue Americã nouisse hoc argumẽto, quod in aurifodinis numm<sup>o</sup> ane<sup>o</sup> inuentus sit, agente ibi Episcopo Reueren-  
dissimo D. Ioanne Queuede de S. Franciscã familia: in qua effigies Augusti Cæsaris con-  
spicie-*

spiciebatur: quæ ob rei admirabilitatē missū  
fuisse scribit ad summū Pontifi. per D. Ioa-  
nem Rufum Archiepiscopum Consentinū.

Quare & D. Thomas si non diuinitus,  
notitiā certē habere potuit Athlantidis ex  
hominum Iapanum aut mercatorum. Pro-  
uincia Mangi relatu. Cū Mahumetani nō  
ita ab America remotas Moluccarū aliasq̃  
insulas iam multo tempore, ( ut ex literis  
Indicis liquet ) occupārint, ac mare hoc in  
extrimo Occidēte ultra Americam positum  
maximē frequētārint. Nec obstat huic sen-  
tentia quod in Malauare D. Thomas occu-  
buit: Id enim studio fuit Apostolis, loca in  
quibus aliquando fuerant, visitare, ad recē-  
ter conuersos confirmandos: siquidem non  
minor est virtus, quā querere parta tue-  
ri. Cur autem extinctum sit lumen fidei, in  
prōptis est. In Asia enim præcessere plurima  
& diuersa hæses, quæ semper omnē bar-  
bariem inuehere solent: secutus est Mahu-  
metismus, præterea Idololatria vix deleta  
refloruit: in America quia vix vlla sunt  
vestigia paucis videtur Christus innotuisse.

Ad Ortū Sed ad Ortū vnde digressi sumus, reuer-  
tamur,

tamur, si forte hic aliquot præterea Christianorum cætus detur inuenire. Occurrit Cāgigu prouincia, cuius Rex Camo tributa pendet. Indigenæ Idola colunt. Hi colligatis acubus totum corpus eleganter & artificiosè pungunt, pinguntq̄, in eo oē animatiū gen<sup>o</sup> exprimētes: pūcturis adhuc recētibus atrū liquorē infundūt, vt sic perpetuū maneāt: sunt artifices qui aliud nihil exercēt operis.

tendit in  
Cataia.  
Cāgigu.

Hinc 25. dierum itinere abest Amu ciuitas. Ab ea oētidiū spacio Tholomā: utrobique sunt Idololatra: cadauera defunctorum igni tradūt. Sunt & hic Christiani nōnulli.

Amu.  
Tholomā.  
man.

Duodecimo dein die ad magnā urbem Sindifū venit: hic insignes delicatosq̄, pānos ex corticibus quarūdam arborum, quibus æstate vtuntur, conficiunt.

Sindifū.

Vigesimo inde die Giugui. Quarto hinc Pazafū meridiē versus occurrit, quæ oīa sunt loca magna Cataia. Ferocissimi hīc sunt leones, & canes atrocissimi, adeo vt vir vnus arcu armatus cū duobus canibus sufficiat ad leonem superandum. Leo si arbor prope adsit, illi se admouet, vt aduersus pugnet: sin minus, cūm sciat se canibus non posse

Giugui.  
Pazafū.  
Ad merid.  
diem per  
git.



posse aliter resistere, tanti est animi, ut non fugientis modo recedat, sed pedetētim, licet canes morsibus euntem insequantur, graui-terq; ut & vir sagittis petendo, ledant, donec effuso sanguine concidat, aut locū pugnae oportunum inueniat: ita enim fortiter perire mauult, quàm fuga vitam sibi cōsulere.

Cianglu.  
Cingli.  
Tindinsu

Singui-  
matum:

Caramo-  
rūamnis

Confecto tridui itinere, occurrit Ciāglu. Quinto dein die est Cingli. Sexto Tindinsu, vrbs & prouincia. Septimo vero (semper iter agēdo per multa oppida, quod & in itinere inter precedentes vrbes accidit, maiores enim tantū nominauimus, se offert Singuimatu: fluiuiū habet, qui partim fertur versus ortū, & Cataiā altera sui parte: reliqua verò versus Occidētem & Mangiā, infinita fert nauigia cum maximi precij mercib<sup>9</sup>. Hic enim passim sunt potentissimi mercatores. Idololatrae sunt oēs incola.

Sedecim præterea itineri insumptis diebus, occurrit amnis Caramoran, qui in Vmami siue Pratoianis prouincijs & Septentrione oritur, nauibus quoq; celebris, & in eo ubi unius diei itinere ab Oceano abest, nauale visitur, in quo continuò 1500. naues  
ad ma-

ad manum sunt, et in unaquaq; 15. equi & 20. viri, si foris eorū opera ex insperato foret utendū, provincia aliqua aut insula rebels lante. Hoc loci vtrinq; ad ripā amnis ciuitas posita est, ad alterā Coiganzu, ad reliquam Quanzu. Traiecto hoc flumine, in Māgian provinciā relicta Cataia ingredimur. Est autē Mangi potentissima nobilissimaq; totius Orientis provincia, quæ veni in Cobile potestatem anno circiter 1269.

Coiganzu. Quāzu. Mangi.

Verū pergendo Ortum versus & meridie, offert se Coigāzu, ut ad eā reuertamur, vrbs pulcherrima. Inde vnius diei itinere abest Pangin: tridui Tingui, quod æquali ab Oceano spacio distat. Idololatra sunt omnes.

Pāgin  
Tingui.  
Iangui.

Si ad eādē cæli plagā pergas, Iāgui nobilis ciuitas occurrit: cui 27. aliæ subsunt. Huic præfuit Marcus Paulus, qui totum hoc iter confecit, & diligenter descripsit. Si ad Occidentem declines, occurrit nobis provincia Nāghin, in qua magna & admodū nobilis vrbs Saiāfu, quæ alijs 12. imperat ciuitatib<sup>9</sup>. Si qua Vulturnus spirat, eas, obicit se Singui, ad amnē Quian, qui alibi miliaribus 10. patet, alibi 8. ac longo admodū tramite,

Nāghin.  
Saiāfu.

Quian  
amnis.

v qui

qui vix 100. dierū itinere conficitur, se in Oceanū exonerat, 16. praterfluens provincias, ad ciuitates verò 200. aliuu. Totus hic tractus mercibus nauibusque mirabiliter floret, adeo quòd Singui quinque millia nauium se vidisse affirmet Marcus: in alijs verò locis plures. Nihil nisi Idololatrias in his plagis requiras, in Cayngui, quæ ad dicti amnis ripam sita est, monasteriū visitur, in quo 200. Monachi Idololatra degūt. In populosa Cinguiansu opibus mercibusque abūdante, duo Nestorianorū tēpla, quæ anno 1274. fuere à Prefecto quodā Nestoriano, qui triēnio urbē gubernauit, fabricata.

Tingui:  
gui.

Singui.

Abest ab ea Tingui, quā Dux Chinsabaia Alanorum Christianorū opera Camo subiugauit: et ridui equitatione ad eam quæ Vulturū spirat plagam est Singui (quod terrenum sonat) ciuitas, suo ambitu 20. miliaria continēs, & 16. alys magnis imperat ciuitatibus, doctos habet medicos.

Quinsai  
urbium  
maxima.

Hinc quatriduo venit ad urbium maximam Quinsai, quā cælestē vocāt, quæ nullā maiore in vniuerso orbe inueniri Marcus autumat, ut quæ 100. miliaria suo ambitu

bitu continet. Plateas habet latissimas ob magnā hominū frequentia: numerantur in ea familiarū decies decē & sexcēta millia. Sunt præterea in ea præsidarij milites ter decies 100. Et in tāta hominū multitudine, unicū est Christianorū idē Nestorianorū tēplū: plurima tamē Idolia & Nosocomia, & xenodochia in pauperum gratiam constructa. Annē habet Puluisangu, in multos riuulos diductū, qui in lacū inter urbē & Oceanū influit. Pontiū verò 12. millia, inter quos nōnulli tanta sunt vastitatis, ut naues pāsīs velis trāsmitant. Ciuitatib⁹ hæc urbs mille ducētis imperat. Populus Idolis seruit, hospitalis est admodum. Pauperes filios suos diuitibus vendūt. Tāta vero est in hac urbe omniū rerū abūdantia, tanta deliciarum et voluptatū omniū affluētia, ut nihil posse accedere putetur: paradysum dixeris terrenum. Qua fluiuis iste in Oceanū fertur, est ciuitas Gampu, portu nobilissima, ad quem India naues appellūt, & omne genus preciosarū merciū adfertur. Qua hinc versus Vulturū flatū sex dierū itinere tenditur, adeo habitantur omnia, ut per cōtinentem

Puluisan-  
gu am-  
nis.

Gengui.

urbē transire videaris. Postremo occurrit  
Gengui ampla ciuitas, ut & reliquo triduo,

Gieza.

ubi Gieza sita est ultima regni Quinsai.  
Totus iste Tractus ab Idololatriis habitatur,

Concha.

ut & contigua prouincia Cōcha: Crude-  
lissimi sunt Conchani, adeo q̄ sanguinē hostiū  
potēt, & carne humana, quam omnium sua-  
uissimam dicunt, lubentissimē vescuntur.

Vnguen

saccaro

abundan-

tissima.

Zaiton-

Si pergas versus eandē cœli plagā 9. die  
occurrit Vnguē saccaro abundantisima. Hinc  
abest versus mare 15. miliarū nobilis urbs  
Zaitō, portū quoq; & Indoriū nauigijs mer-  
cibusq; celebris: nec h̄c aliud quā Idolola-  
tras requiras, nec mirū: ubi enim magna  
mercatorū est frequētia, abundare solet ma-  
litia, & impietas: siquidē difficile est Deo  
sedulo seruire, & diuitijs affluere, multis  
negotijs humanis se intricare, & diuinis:  
Illa enim ad se totum hominem trahunt,  
tempus & affectum rerum piarū adimunt.

De Insula

Zipangu

sive lapa-

nia.

Zipangu distat à littoribus Māgi mille  
quingentis milliaribus, valde magnā est In-  
sula, auri feracissima, ideo anī 264. magnus  
Carnus, sed frustra nisus est eā sibi subijce-  
re. Indigenæ alibi sunt egregia forma, &  
singu-

singulari morum facilitate pradi: propriū Regē habent, idola mōstrosa pingunt, Ianos, & multarum facierum Deos, ut & vicini insulani. Rogati à Christianis cur tanta Deorū varietas, respondēt se eā à suis maioribus accepisse, eandēq; tradere posteris. Ex his Marci verbis constat Iapaniā ante hac nostra tēpora Christianis nō ignotā fuisse, ut nec Moluccas mercatoribus Saracenis. Quoniā verò ad extremā orientis plagā pertingimus ( nisi eum terminū nos trāsgressos esse iudices ) lasi oppido ex tāto itinere hic cursum sistamus. Hæc sunt admodū R. D. Abbas quæ de Ecclesia ruinis, & miserrimorū hominū moribus & statu infelicissimo dicta volui, qui Christi castris relictis ad aduersarios aufugere, unde tot videmus mala consecuta esse, tot feros apros vineam Christi euertisse, tot quog; vulpeculas, quæ subdolē cuniculos egerunt, & talparū more fundamenta fidei luxarūt, radiceq; vinea Christiana corroserūt: utinā noster orbis similia nō pateretur. Det Deus omnium malorū finē, et Ecclesia vberē gratiā, qua omnes Satanae machinationes proterat. Iesus Christus

v ij      stus

*stus Dominus noster R. D. Tuam sua Ec-  
clesia diu seruet incolumem. Louanij Ca-  
lēdis Decembris Anno redemptionis 1568.*

Tuus in Christo seruus

Jacobus Nauarchus.

*Haec litera Iapanica videntur mihi pia & viles ad  
formandam vitam Christianam, sicut et aliae quae ante  
me ceciderunt, quare iudico expedire ut imprimantur.*

Actum Calend. August. An. 1565.

Michael de Baij.

TENOR PRIVILEGII.

**C**Autum est Regio Priuilegii. ne quis praeter  
Rutgerum Velpium Bibli. Iurat intra annos  
4. proximos; Epistolas Indicas: De multo-  
rum gentiliū in varijs Insulis ad fidem con-  
uersione, per Societatis Iesu Theologos &c:  
imprimat, aut alibi impressas vendat, sub mul-  
cta satius in literis eidem Rutgero datis & con-  
cessis contenta, Bruxellæ in Consilio priuato.  
6. Augusti. Anno 1565.

*Subsig.*

Mesdach.

*Et in Consilio Brabantia. 10. Octob.*

*Anno 1565.*

*Subsig.*

*De VVitte.*

## ERRATA.

**E**pist. 1. pag. 1. lin. 21. dele de Deo. Pag. 2. lin. 20. lege *Ab!*.  
 pag. 5. lin. 9. lege religione. Eadem linea 20. lege *detur-*  
*bentur*, *cōiectare*. pag. 6. li. 2. quo vel. pag. 16. li. 4. lege *et ab*  
*ibid.* li. 19. lege minus *maxet*. pag. 22. li. 7. dele *vt*. pag. 36. li. 6.  
*latere pot.* pa. 49. li. 3. *inualeſcerēs*. pag. 98. li. 2. *politiam urbis*  
 pag. 111. li. 18. *arcubus triūſbalibus*. pag. 133. li. 23. *del. nō. pa.*  
 134. li. 3. dele *corpora*. *ibidē* li. 21. *in ſiducta*. pa. 142. li. 20. *vnū*  
*locū*. *ibidē* li. 22. *Nullos in*. pa. 143. l. 5. *titulos*. *ibidem* li. 7. dele  
*Principis*. pa. 147. li. 1. *et*. 2. *genibus et palatia*. pa. 153. lin. 15.  
*et* 16. *quibus adolēt ſuaniſſima*. pa. 155. li. 6. *multaque promiſſa*  
*ſſe*. pa. 158. li. 14. dele *agerē*. pa. 166. lin. 4. dele *qui*. *ibidem*  
 li. 17. *perierūt*. pa. 168. li. 16. *ſpē in*. pa. 172. li. 20. *haberet*. pag.  
 175. li. 18. dele *in*. pag. 177. li. 18. *nō ſit*. pa. 178. li. 5. *quantā ſpe-*  
*rare*. *ibid.* li. 13. *quam aliqui*. pa. 189. li. 1. *illi ſeruiō*. pa. 193. li.  
 20. *ſed tenuioris me*. *ibid.* li. 12. dele *offerō*. *ibidem* lin. 14. *quā*  
*poſſem*. pa. 196. li. 4. *quinies*. pa. 197. li. 16. *corda noſtra*. pag.  
 204. li. 19. dele *buius*. pa. 206. li. 19. dele *laborantibus*. pa. 205.  
 li. 3. *cuius impet.* pa. 227. li. 9. *et qui in Mabumetiſmum*. pa.  
 229. li. 10. dele *atq;*. pa. 231. li. 13. *ne id*. pa. 236. li. 22. *diſſeruiſ-*  
*ſem*. *ibid.* li. 24. *illo ſc.* pa. 237. li. 6. *tria*. *ibid.* li. 17. *inops*. pag.  
 241. li. 19. *frequentes cōcurſus eorū*. pa. 246. li. 8. *quique*. pa.  
 250. li. 2. *diſtare fabulantur*. *ibid.* li. 3. *fatigataſque*. pa. 252. li.  
 2. dele *in*. *ibid.* li. 15. *ſecitate ſuiſſe*. *ib.* li. 20. dele *et*. pa. 253. li.  
 10. *hoc miniſt.* pa. 262. li. 5. *qui hos colendi labores ſuſcipiant*.  
*ibid.* li. 14. *librorū habemus*. Errata 2. Partis.  
**P**ag 15. li. 12. *ex officio*. pa. 47. li. 4. *cur nequaquam pares*.  
*ibid.* li. 7. *priuatim conueniunt*. pa. 65. li. 15. *ad gentile*. *ibid.*  
 li. 21. *ad altiori* pa. 74. li. 11. *ſcyp̄o*. pa. 98. li. 9. dele *gentiliſmo*.  
 pag. 102. li. 8. *adminiculis remotis accidunt*. pa. 109. li. 11. *quo*  
*aborthet*. *ib.* li. 18. *hanc a*. pa. 122. li. 7. *vt iniur*. pa. 127. lin. 7.  
 dele *quicquid quoque medicamento*. pa. 154. li. 4. dele *in*. pag.  
 157. li. 10. *nulla tēporis*. pa. 166. li. 8. dele *rediſt*. pa. 167. lin. 4.  
*certo certius*. pa. 172. li. 5. dele *dū*. fo. 113. l. 5. dele *in perpetuū*.  
 pa. 216. li. 2. *milibus*. pag. 247. lin. 18. lege *nullos*. pag. 250. line  
 10. *imperarunt*. *nam urb. languit*. *ib.* li. 13. *Præſuit Marcus*. pa.  
 277. li. 22. dele *primo loco Pein*. pa. 279. li. 9. *quibusdā noſtrū*  
*urbis*. pag. 281. li. 21. *concedant ſed et*




A 1524466

552797931 N20

ERRATA





Seemng ex-uder colone de 74 d. 1000



